11. divinitus coerciti] Dette Mirakel omtales ikke i islandske Skrifter (Íslendingabók c. 7, Kristnisaga c. 11).

16. tres sorores conjunxit] nærmere udviklet hos Odd c. 21—22, ligesaa om Gudrød Gunhildssøns Død c. 45.

24. Goðroðar syr] er regelret Genitiv af Goðroðr sýr. „Nuspiam invenimus patrem Haraldi Grænske cognomine dictum fuisse

decus Norwagiensium futurum. Tunc et eum una cum matre ibidem secundum quosdam baptizari fecit; alii contendunt eum in Anglia baptizatum; sed et ego legi in Historia Normannorum, quod a Roberto in Normandia Rothomagensi metropolitano baptizatus fuerit. Constat enim, quod Willelmus[1] dux Normanniæ adsciverit eum sibi in auxilium contra Robertum regem Franciæ cognomento capet (qui fuit filius Hugonis capet nobilissimi ducis), qui duci[2] Willelmo[3] una cum comite Flandrensi bellum inferre parabant; nitebatur enim eum expellere a Normannia, eo quod antecessores ejus vi extorserant provinciam a rege Francorum. Sed sive Rothomagi sive in Anglia baptizatus fuerit, tunc constat

[1] rettet. Wilhelmus AKS. [2] A. duce S. [3] A. Wilhelmo S.

Syr. Hic sine dubio lapsu memoriæ cogitavit autor patrem Haraldi Haardraada, Sigurdum, cui hæsit cognomen Syr" (Suhm). Dette Tilnavn bærer dog Sigurd ikke nedenfor i Cap. 15.

2. secundum quosdam] den almindelige islandske Tradition, se Snorre (Heimskr. p. 198) og den leg. Saga Cap. 6.

3. alii in Anglia baptizatum] kjendes ikke længer.

3. Historia Normannorum] cfr. Guillelmus Gemeticensis V, 12 (Duchesne Hist. Norm. script. antiqui p. 254): Rex autem Olauus supra Christiana religione oblectatus, spreto idolorum cultu cum nonnullis suorum, hortante Roberto archiepiscopo ad Christi fidem conversus est atque ab eo baptismate lotus et sacro chrismate delibutus, de percepta gratia gaudens ad regnum suum regressus est.

5. Constat enim] Denne Forklaring er en forvirret Erindring fra Forf.s Læsning i Historia Normannorum: Vilhelm I's Stridigheder med den franske Konge Ludvig († 954) og Grev Arnulf af Flandern († 965) har han sammenblandet med hans Sønnesøn Richard II's Kamp mod Odo af Chartres; til Hjelp mod denne indkaldte Richard Olav og den svenske Lagmann, men Kong Robert forligte de stridende. Ogsaa Hugo Capet forvexles med sin Fader Hertug Hugo og kaldes derfor „nobilissimus dux", ikke rex. Ved Thjodriks Skyld er „dux Villelmus" kommet ind i den normanniske Jarlerække hos Snorre (Heimskr. p. 229, sml. mine Kritiske Bidrag til Vikingetidens Historie S. 218).

11. Sed sive Rothomagi etc.] Meningen: Men mod disse Beretninger kan indvendes, at hvad enten han er døbt i Rouen eller

eum fuisse provectioris ætatis, *quando martyrio coronatus est*, [quam illi dicant[1], quibus maxime in hujus modi credendum est. Nec[2] mirum de Olavo hoc contigisse in illa terra, ubi nullus antiquitatum unquam scriptor fuerit, cum idem scribat beatus Hieronymus de Constantino magno filio Constantii et Helenæ, quod quidam dicant eum Bithyniæ baptizatum fuisse in ultima senectute, alii Constantinopoli, quidam Romæ a beato Sylvestro papa: et adhuc sub judice lis est quis verius scripserit.

Cap. XIV. De morte Olavi filii Tryggva[3].

Quinto ergo anno regni Olavi filii Tryggva[3], qui et ultimus fuit, intulerunt ei bellum Sueino[4] rex Daciæ, Olavus rex Svethiæ, Ericus filius Hacon mali, et eum (proh dolor) nimis imparatum invenerunt; nam cum undecim tantum navibus dicitur fuisse con-

[1] AS. K rettede til: quemadmodum illi dicunt. [2] A. ne S. [3] rettet efter Cap. IV. Tryggya AK. Tryggia S. [4] rettet. Sueno AKS.

i England, da maa han have været ældre ved sin Daab end hine (ɔ: Islændingerne) sige, hvem man ellers mest maa forlade sig paa i saadanne Ting som Tidsregning. *quando martyrio coronatus est* maa være en Interpolation, thi baade foran og bagefter er der kun Tale om Olavs Daab, ikke om hans Død.

4. beatus Hieronymus] cfr. Hieronymi opera rec. Migne VIII, 679: Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus in arianum dogma declinat: a quo usque in præsens tempus ecclesiarum rapinæ et totius orbis est secuta discordia.

7. a beato Sylvestro papa] Legenden om Constantins underfulde Helbredelse ved Daaben, se Vita Sylvestri (hos Surius, 31 Dec.). Om Constantins Daab beretter allerede Beda, de temporum ratione: „Constantinus fecit Romæ, ubi baptizatus est, basilicam b. Joannis Baptistæ, quæ appellata est Constantiniana“, hvilket efterhaanden udvidedes f. Ex. af Hugo af Flavigny i hans Chronicon (M. G. Scr. VIII, 298): Secundo anno post quam Constantinus . . Urbem recepit, per Silvestri papæ prædicationem ad fidem Christi conversus est et fecit Romæ, ubi baptizatus est, basilicam b. Johannis baptistæ, quæ appellatur Constantiniana.

8. adhuc sub judice lis est] Horatii Epp. II, 3, 78.

gressus cum septuaginta. Tandem cum sibi invicem succedendo et semper integros pro sauciis restituendo non tam victus est exercitus regis nostri quam consumptus. Nec adversarii tamen incruentam victoriam reportaverunt[1], nam strenuissimus quisque aut in bello ceciderat aut graviter vulneratus discesserat. Ibi tunc quidam[2] dicunt regem scapha evasisse et ob salutem animæ suæ exteras regiones adisse, quidam vero loricatum in mare corruisse. Quid horum verius sit, nos affirmare non audemus; hoc tantum credere volumus, quod perpetua pace cum Christo fruatur. Hoc bellum fuit juxta insulam, quæ dicitur Svold[3] et jacet prope Slaviam, quam nos materna lingua Vinnlandiam[4] vocamus. In eodem bello Ericus vovit se christianum fore, si victoriam adipisceretur, quod et opere implevit. Pactum vero inter ipsos ejusmodi, reges videlicet et Ericum, constitutum fuerat, ut si possent Olavo regnum auferre, unusquisque tertia parte potiretur. Suscepit ergo Ericus duas partes regni (suppresso tamen regio nomine, sicut et pater ejus fuerat), eo quod rex Daciæ Sueino concessit illi partem[5] suam causa filiæ suæ, quam desponsaverat ei. Olavus vero rex Svethiæ commendavit partem suam Sueinoni fratri Erici. Paucis deinde transactis annis coepit invidere fratri Erico Sueino, eo quod ille duas haberet partes Norwagiæ, ipse veromet tertiam tantum et illam commendatam. Ericus autem[6] justi tenax erga fratrem noluit fratricidio regnum

[1] AK. repartarunt S. [2] AK. quidem S. [3] rettet. Svoln ABKS. [4] rettet. Umlandiam B. Uumlandiam A. Vumlandiam K. Wumlandiam S. [5] AK. partim S. [6] AK. a. S.

1. septuaginta] afviger fra Hallarstein (Fnm. S. II, 312—18: 60 + 15 + 5 = 80) og Hist. Norv. (30 + 30 + 11 = 71).

6. quidam] cfr. Ágrip 40: Sumer menn geta hann a bati bravt hafa comitzc oc segia at hann hafi uerit senn siþann i munclifi nocquoro. a iorsala landi. En sumer geta at hann hafi fvrir borþ fallit. Enn hvacki er lifi hans heifer lvct þa er þat lichilict at guþ hafi. sęlena.

10. Svold] ogsaa hos Odd (Cap. 53 ff.) og Snorre (Hskr. 206[33]) om Ø, medens „fyrir Svaldrar mynni" i Skule Thorsteinssøns Vers (Hskr. 211[23]) passer bedre til „áin Svöldr" (Knytl. c. 112), „Svaldrar vágr" (Flatöb. II, 522), og Saxo's „portus Svaldensis" (ed. Müll. p. 874).

22. commendare] „prædia vel feuda ad vitam vel ad tempus utenda alicui concedere", give i Len (midd. lat.).

foedare simulque considerans vix eum de reliquo secum fraterne acturum, juxta illud Lucani:

Nulla fides regni sociis omnisque potestàs
impatiens consortis erit,

discessit a patria navigavitque in Angliam relicto filio suo Hacon successore regni. Hic Ericus præfuit annis quindecim cum fratre Sueinone, christianitatem nec minuit nec dilatavit, permittens unumquemque in hac duntaxat parte vivere jure quo vellet. Qui dum sibi pituitam fecisset abscidi, nimia effusione sanguinis vitam finivit. Post discessum ejus a patria præfuerunt frater ejus et filius annis duobus.

Cbp. XV. De reditu beati Olavi de Anglia in Norwagiam.

Olavus filius Haraldi morabatur in Anglia eo tempore, postea martyr Christi futurus, et ibi tunc reconciliavit Adalredum[1] fratribus suis et ut in regem sublimaretur obtinuit. Hunc Adalredum[1] privavit postea regno Kanutus[2] rex Daciæ, qui dictus est potens, et ut perpetuo exularet coëgit. Fertur quod tunc Olavus

[1] AK. Adelredum S. [2] AK (overalt). Canutus (overalt) S.

6. quindecim] afviger fra Historia Norv. (14), fra Ágrip, Fagrskinna, Snorre og Sæmund (12); men er historisk, thi Erik drog Aar 1015 med Knut til England (Encomium Emmæ).

3. Lucani] Pharsalica (ed. Weber) I, 92 lyder:

Nulla fides regn*is* sociis omnisque potestas
impatiens consortis erit.

regnis sociis = regibus sociis. Udg. bemærker i en Note: Salisber. (ɔ: Johannes af Salisbury), qui III, 13 sine auctoris nomine hæc citat, *regni sociis* ut tunc erant tempora prætulit. In Vatic. 2 fuit *sociis regni*.

9. pituita] betyder i det bekjendte Vers hos Horats (Epp. I, 1, 108) Snue, her „Drøvelen“ (uva, BCKirchm.), sml. Ágrip 41: oc do þar af blaþros er honum uar vfr scorinn.

14. Adalredum] sml. Ottars Vers: komtu í land ok lendir, láðvörðr, Aðalráði (Hskr. 225), rigtigere fortolket i den leg. Saga c. 9: Þat sægia menn aftir anlat Svæins tiuguskægs. at Olafr Harallzson hafðe komet Aðalrað kononge aptr iland með miklum raðom oc vitrleic.

17. potens] = Knútr hinn ríki.

17. Fertur quod] sml. leg. Saga c. 19.

adierit quendam heremitam, magnæ sanctitatis virum, qui ei multa prædixerit, et quia largiturus esset ei Dominus abundantiam gratiæ suæ, nec non et quali morte ex hac luce migraturus esset ad Christum. Anno post hinc paravit Olavus iter suum in Norwagiam cum duabus onerariis navibus et sociis apprime armatis, qui dicuntur fuisse centum viginti omnes loricati. Prospero ergo cursu transmisso oceano applicuit primo quodam divino præsagio ad insulam quandam, quæ materna lingua nostra dicitur Sæla, latine vero interpretatur felicitas, nimirum portendens futurum viri beatitudinem et quia spem felicitatis æternæ toti patriæ auspicio sui adventus invexerit. Abhinc navigavit in locum, qui dicitur Sauthungsund[1], ubi et moratus est aliquot dies. Ibi tunc

[1] rettet. Sautungsund AKS. Sautungsunt B.

4. Anno post hinc] ɔ: Aaret efter Erik Jarls Bortreise fra Norge.

4. Iter suum] cfr. leg. Saga c. 19: Æftir þessor tiðænde er nu er ifra sagt (ɔ: om Eremiten) oc ivir faret um Olaf oc morg annur. fysizc hann nu til Noreks ættiarða sinna. oc bio nu knarru sina væstan af Ænglande oc æigi mæira lið en xx menn oc hundrað alla væl buna at vapnðm oc at hærrklæðom (knarru *sina* er Feil for knarru *tua*, sml. næste Cap.: tvæim knarrum). cfr. ogsaa Ágrip 42: com hann siglandi uestan af Englandi meþ knarrom tueim oc com at uiþ Sælo.

8. Sæla] sml. leg. Saga c. 20: „komo af hafeno utan at Staðe oc þar i land i æy æina litla er hæitir Sæla. Þa mællte konongr let þa timadag land hava tækit. oc þa quað hann þa komna i sælo. talde þetta mindu vera goða vitnæskiu er sva hævir at boret“. Navnet *Selja* er forvansket til *Sæla* for at opnaa det latinske Ordspil.

12. Sauthungsund] sml. Ágrip 42 f.: sigldi siþan í Sauþunga sund. Oc sva sem guþ scipaþi til þa var sen for Hoconar er þa stvrþi landi efter Eiric foþor sinn, xv uetra gamal, en vænsti maþr, oc stefndi í Sauþunga sund, sem alra manna leiþ uar i þat mvnd, oc ovitandi at Olafr digri la fvrir, oc hafþi eigi Hocon liþ meira enn langscip eit oc scvtu eina. En þa er konvngrinn varþ varr uiþ ferþ hans, lagþi hann sino megin sundzens hvaro scipino — — oc þa hann lif, oc sva liþ hans alt af konvnginom, oc fvr svarr landit Noreg Olafi æilifliga. Cfr. ogsaa leg. Saga c. 21: Olafr hælldr skipum sinum i sund þau er Sauðungssund hæita . oc bio lið sitt

perlatum est ad eum, adventare Hacon filium Erici cum duabus navibus, una parva, quam nos vocamus scuta, altera longa, quam antiqui vocabant liburnam, unde et Horatius:

Ibis liburnis inter alta navium,
amice, propugnacula.

Quo comperto Olavus noster excogitavit hujusmodi laqueum: fecit naves suas altrinsecus e contra locari, et quia locus erat angustissimus, cordas inter ipsas naves tendi[1], quæ tam fluctibus operirentur, ne dolum detegerent, ut dum ibi incauti irretirentur, illæsi et sine sanguinis effusione si fieri posset caperentur. Quod et ita contigit; nam adveniens Hacon, nil aliud suspicatus quam mercatores, ilico a rege captus est. Ibi tunc abjuravit totam illam partem Norwagiæ, quam ipse tenuerat; inde profectus est in Angliam. Sueino vero avunculus ejus cum audisset adventum beati Olavi, collecto exercitu[2] mox eum[3] insequitur. Olavus vero rex — hoc enim nomen[4] a suis jam sortitus fuerat, more antiquorum Romanorum, quia et ibi exercitus sibi solebat creare imperatorem et regium nomen imponere — diffidens [ergo rex[5] de auxilio Throndensium (noverat enim eorum facilitatem et inconstantiam) secessit in superiorem provinciam ibique[6] hiemavit cum vitrico

[1] K. tetendi AS. [2] KS. exercita (!) A. [3] S. illum AK. [4] AK. mgl. S. [5] AS. udeladt K. [6] AK. ibi S.

sem til bardaga. hann læggr sinum megin sunzens hvarn knorrenn. Siðan let hann vera stængi i kaveno milli skipanna. — — A þæim dægi sigldi Hakon iarl Æirikssun ut æftir sundinu Sauðungssundi með ij skip. var annat langskip en annat skuta. — — hafðu þeir þa litum ugg a ser þo at Hakon sæ skipen i sundinu firir ser. firir þui at hann ætlar kaupmenn vera o. s. v.

3. Horatius] Epode I, 1—2. Forf. har paa Grund af „alta montium propugnacula" forstaaet „liburnæ" om store Skibe.

14. avunculus] = patruus (midd. lat.), fr. oncle.

18. diffidens de auxilio Throndensium] Forf. kjender ligesaalidt som Ágrip til Olavs 1ste Tog til Nidaros. Hans Dom om Thrønderne henviser til disses Stilling i Partistridighederne under Magnus Erlingssøn.

20. secessit] sml. Ágrip 44: Hann uar enn fvrsta vetr lengstom meþ Sigurþi magi sinom a Upplændom, en of uarit efter sotti Sveinn iarl meþ herscildi i land hans oc heldo orrosto fvr Nesiom

suo Siwardo et Asta matre. Adveniente vernali tempore profecti sunt ambo in Wic ibique exercitu comparato properant contra Sueinonem. Ille vero impiger occurrit eis consertoque navali proelio in loco, qui dicitur Nesiar, cum Sueino vinceretur, detrectans fugam disposuit cum suis occumbere, nisi prohibitus esset et invito illo retracta foret navis ejus a quodam suo principe et genero, qui sororem ejus in matrimonio[1] duxerat[2] Berghliot nomine, Einar thambaskelme viro strenuissimo. Hic consuluit ei fugam et quodammodo compulit, ut in Rusciam[3] pergeret, ubi et diem obiit.

Cap. XVI. De fuga beati Olavi in Rusciam[3].

Tempore vero, quo Ericus præfuerat, multi quantum ad christianismum a vero exorbitaverant. Hos vero ad viam reducere et salutis iter monstrare, ecclesias in quibus non erant locis fundare, fundatas reditibus ditare rex Olavus modis omnibus intendebat et cooperator existere viri optimi Olavi filii Tryggva[4], ut quod ille magnifice plantaverat[5], iste sagaciter[6] ut a Dei spiritu

[1] S. matrimonium AK. [2] AS. duxerit (!) K. [3] AK. Russiam S. [4] rettet. Tryggya AK. Tryggia S. [5] KS. plataverat A. [6] S. sagariter A.

palmadag uiþ Grenmar, oc vann Olafr sigr. þar fell mikill hlutr liþ Sveins, en Sveinn helt vndan. Einarr Þambascelmer castaþi ackeri í scip Sveins oc sigldi meþ hann navþgan abraut til Danmarcar. Siþan for Sveinn austr í Garþa oc com aldregi aftr. Udvides i leg. Saga c. 26.

7. Thambaskelme] ogsaa Ágrip (44, 54) og Odd (c. 15, 58) kalder ham *þamba-skelmer*, ellers skrives þambaskelfir eller þambarskelfir.

12. christianismum] cfr. leg. Saga 31: þegar er Olafr var orðenn æinvallz konongr ivir allum Norege. þa lagðe hann allra luta mestan hug a i landeno at æfla kristinn dom. firir þui at kristnin var miok sva af ser komen. fra þvi er Olafr Trygguason hafðe mannom kristinn dom boðaðan i landeno. ok til þess er Olafr Harallzson kom i land. En þa var alkristit i Norege er hann var. oc sva i þeim landum allum er Olafr Trygguason kristnaðe.

12. exorbitare] = deviare, af orbita = via publica, egl. Hjul, Hjulspor.

13. ecclesias] cfr. leg. Saga 31: Olafr Harallzson gaf fee til kirkna þeirra er Olafr Trygguason hafðe reisa latet með raðom Grimkæls biscups. sva at mork vegens silfrs skilldi græidast a hværiu are til hværrar fylcis kirkin i læigu iarda þeirra er til lago.

doctus rigaret. Leges patria lingua conscribi fecit juris et moderationis plenissimas, quæ hactenus a bonis omnibus et tenentur et venerantur. Justi tenax ad omnes, neminem affligebat, neminem concutiebat, nullum damnabat, nisi forte quem propria malitia et obstinatio in malo damnasset, et ut breviter concludam ad hoc tantum principabatur mortalibus, ut eos ad immortalitatis gloriam, quantum in se esset, perduceret, quod et tunc ei evidenter rerum exitus probavit et quotidie nihilominus beneficiis omnipotentis Dei pro ejus ut credimus meritis collatis satis superque monstratur.

Duxit deinde rex uxorem Astrithi[1] filiam Olavi regis Svechorum, cum tamen ante primogenitam ejus sibi desponsasset, sed interveniente ira patris neuter optatis nuptiis perfrui potuit. Suscepit ex ea filiam nomine Ulfildi, quam postea conjunxit Ottoni[2] duci Saxonum. Post hæc rex Kanutus Daciæ et Angliæ, homo avidus alieni, animadvertens quod pater ejus Sueino habuerit

[1] ABK Astriti S. [2] AK. Otthoni SB.

1. leges] cfr. leg. Saga 31: Olafr sætti log. (1) þrenn eru log i Norege: (2) þau er hæita Sefslog. þau standa siðan um Upplond oc um Vikena austr. (3) Frostoþingslog oc þau log er Hakon Aðalstæins fostre let sætia. er Gulathingslog hæita (1 og 2 er ombyttede i Haandskriftet). cfr. ogsaa Cap. 40, som i den oprind. Saga fulgte lige efter 32: Olafr konongr varðvæitti þenna lyð með guðs vilia oc rette oc lanzlagum þeim er hann gaf oc siðan veret hverr konongr skylldr at hallda.

10. duxit] cfr. Ágrip 44: Siþan baþ Olafr dottor Olafs sǽnsca Astriþar systor Ingigerþar(-riþar) er fyrr var heitin honum oc bra faþer hennar heitom þeim fyr reiþi sacar oc gifti Jaritlave austrvegs konungi.

13. suscepit] cfr. Ágrip 45: oc gat Olafr digri með henni bǫrn. en þeirra ǫrnefni eþa ǫrferþer uitom uer eigi nema um Ulfhildi (Gun-)dottor þeirra er toc Otto hertogi a Saxlandi. Leg. Saga 46: Þau atto dottor Olafr konongr oc Astrið. en hon var kallað Ulvilldr. hon var geven hærtoga þæim i Saxlande er Otta het.

14. Ottoni] Det i den ældre saxiske Hertug- og Kongeslægt saa almindelige Navn har i det norske Sagn fortrængt Hertugens rette Navn Ordulf, cfr. Adam II 75: soror Magni regis Ordulfo ducis (Bernardi) filio desponsatur.

15. animadvertens] cfr. leg. Saga 68: Mintizk [Knutr] nu allra

tertiam partem Norwagiæ, simulque considerans filium sororis suæ Hacon tunc secum morantem a patria expulsum, coepit sollicitare principes Norwagiæ adversus regem et clanculo pecunia corrumpere, Erlingum videlicet filium Scialgs de Sola, Kalf filium Arna, Thore hund et alios plures. Et quia Erlingus præcipuus erat illorum, collegit exercitum et congressus est navali proelio cum rege Olavo, ubi et ipse occubuit. Et hoc fuit in loco, cujus nomen est Tunga; invito tamen[1] rege a quodam suo parente Aslac Fitia-scalla[2] occisus est. Postea rex, comperto Kanutum regem adesse cum innumerabili exercitu (nam mille ducentarum navium fertur classis ejus fuisse), cernensque se imparem congressioni, relictis navibus abiit ad generum[3] suum Olavum regem Svethiæ. Inde profectus ist in Rusciam[4] ad Iaritzlavum[5] regem, qui duxerat Ingigerthi, quam ipse ut paulo ante dixi desponsaverat et habere nequiverat. Moratus est ibi anno uno honorifice et officiosissime a rege Jaritzlavo[6] susceptus, cujus etiam tutelæ commisit filium suum Magnum, puerum quinque annorum, quem ex concubina sus-

[1] AK. tum S.. [2] rettet. Fina Scalla AKS. [3] A, men tilføier i Randen: lege socerum. generum (lege socerum) K. (B bemærker: gener pro socero). socerum S. [4] Russiam AKS. [5] rettet. Wirtzlauum ABK. Wirchlaum S. [6] Wirtzlauo ABK. Wicklao S.

meingerða við sic. Þat fyst at Olafr konongr tok systursun hans oc pindi til æiða við sic oc tok af hanum rikit allt. Olafr konongr hafðe oc tækit þat riki undir sic er langa rið hafðe veret skattgilt unndir Dana kononga.

2. sollicitare] cfr. Ágrip 45: hann bar fe undir hofþingia er í Noregi uǫro. sem siþan rayndisc at þeir scvldo svíca landit undan honum. Uar í þeiri tolo Erlingr a Sola. Calfr á Eggio. Þorir hundr oc margor aþrer.

5. Erlingus] cfr. Ágrip 46 og leg. Saga 69—70 (omtaler ligesom Thj. Tunga og at Aslak Fitjaskalle var Erlings Frænde).

10. mille ducentarum] ligesaa leg. Saga 69, — efter den engelske Krønike 50 Skibe.

13. in Rusciam — uno anno] cfr. ældste leg. Saga (Udg. S. 95): Þaþan fór hann of várit ævstr i Garþa riki. oc er hann annann vetr i Hólmgarþi. meþ Iaritzleifi konvngi oc Ingigerþi dóttor Olafs ens sønsca. systor Astríþar er Olafr konvngr átti þá

13. Iaritzlavum] da Ágrip har Iaritlavr (Iaritlave, Iaritlafs) og Haandskr. af Thj. har Wirchlavo, Wircklaum (S) og Wirtzlavum (A), men den leg. Saga Iaritzleifr, har jeg antaget Iaritz-

ceperat. Interea Kanutus rex allexit sibi omnes Norwagiæ principes, multa dando et plura promittendo, si fidem servarent nepoti suo Haconi, quem secum adduxerat, acceptisque obsidibus ab illis, quibus minus credendum putaret, reversus est in Angliam. Deinde post annum perrexit Hacon in Angliam pro adducenda uxore sua; sed quum reverteretur tempestate correptus, coactus est incidere in Charybdin[1] in illo loco maris, qui dicitur Petlandzfiorthr[2], juxta Orcadas[3] insulas ibique in [illam imam[4] voraginem cum omnibus suis absorptus est.

Cap. XVII. De natura Charybdis et de Longobardis et Hunnis.

De natura Charybdis, quia de ipso[5] sermo incidit, antiqui scriptores reddunt hujusmodi rationem. Plinius videlicet Secun-

[1] SB. Charybdim AK. [2] rettet. Perlantzfiorth S. Perlantzfiorth ABK. [3] S. Orcades AK. [4] rettet. illam mari S. illanimam A. illa in imam K. [5] AS. A har over Linjen: L. sa, hvilket K optager.

lavus for den rette Fællesform, som ogsaa stemmer bedst med dets russiske Navn (Jaroslav) og med Olavs-Legenden (Jerzellavus). Alle islandske Kilder kalder ham Iarisleifr (ligesom Burisleifr).

1. Interea Kanutus rex] cfr. Ágrip 47: En Knutr scipar þa í riki fvrst Hoconi systor svni sinom oc gislaþi land undir sic. og leg. Saga 76: Sva for siðan at hann gaf Hakone iarle frænda sinum allt Noreks konongs vælldi. þeim er fyrr hafðe veret handtækinn af Olave konunge. oc hafðe svaret Olave kononge æiða. Hann bar þa enn fe a nyia leik undir alla lænda menn i landeno at raða Olaf konong or landeno. oc kuga suma at sværia ser landet. Tok þa suna þeira til sin i gisling.

4. Deinde post annum] cfr. leg. Saga 77: En um sumaret æftir færr Hakon iarl væstr til Ænglanz æftir fæstarkono sinni. oc um haustet er hann for væstan þa tyndizk hann i Ænglanz have við allre skipsocn sinni. Cfr. ogsaa Snorre (Hskr. 457): En þat er sumra manna sögn at skipit hafi sét verit norðr fyrir Katanesi at aptni dags i stormi miklum, ok stóð veðrit út á Petlandsfjörð; segja þeir svá, er sliku vilja fylgja, at skipit muni hafa rekit í Svelginn. Ágrip 48: Hocon forsc vm varit efter i Englandzhafi.

13. Plinius] Det eneste Sted, hvor Plinius omtaler Charybdis, er l. II, c. 8: Rhegium Græci nomen dedere oppido in margine Italiæ

dus, naturalis historiæ [scriptor[1], vir prudens et doctissimus, Chrysippus philosophus et multi alii dicunt esse locum illum pervium ad matricem abyssum, de qua fluere creditur omnis aquarum abundantia, ideoque nullum reperiri fundum. De hac abysso scribitur in Genesi: Et rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Paulus quoque Diaconus, monachus Cassinensis coenobii, qui conscripsit historiam pulcherrimam de Pannonia[2] provincia, in qua multas utiles et non minus delectabiles fecit digressiones, pæne idem loquitur de Charybdis natura. Ipse enim affirmat, de Pannonia exisse eos, qui invaserunt Italiam permissu[3] Narsi patricii, gentem ferocissimam et Deo inimicam, qui tunc appellati sunt Longobarbi[4] a longa barba, nunc autem vocantur corrupte Longobardi, mutata litera D pro B. Pannonia vero ex eo tempore nominata est Hungaria, quo eam quodammodo vi extorserunt Huni[5] a Constantinopolitano imperatore, qui ut cessarent a rapipinis et vastatione regni sui, invitus licet, tradidit eis provinciam translatis alio[6] prioribus habitatoribus[7]. Isti Huni, ut scribit

[1] mgl. AS. indsat af K. [2] AS. Pannoniæ K. [3] rettet i K og A. permissum AS. K tillægger: nempe. [4] S. Longobardi AK. [5] SK. Hunni A. [6] rettet af Suhm. aliis AKS. [7] AS. habitationibus K

sito. In eo freto est scopulus Scyllæ, item Charybdis mare verticosum, ambo clara sævitia.

5. Genesis] C. VII, v. 11.

6. Paulus — de Charybdis natura] cfr. Pauli Diaconi, de gestis Longobardorum I, 6: Nec satis procul ab hoc de quo præmisimus litore [ɔ: Scandinavia] contra occidentalem partem, quâ sine fine oceanum pelagus patet, profundissima aquarum illa vorago est, quam usitato nomine maris umbilicum vocamus, quæ bis in die fluctus absorbere et rursum evomere dicitur, sicut per universa illa litora accedentibus & recedentibus fluctibus, celeritate nimia fieri comprobatur. Hujusmodi vorago sive vertigo a poeta Virgilio Charybdis appellatur, quam ille in freto Siculo esse suo in carmine loquitur etc.

12. Longobardi] cfr. Paulus I, 9: Certum est Langobardos, ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum primitus Uinili dicti fuerint, ita postmodum appellatos, nam juxta illorum linguam *lang* longam, *baert* barbam significat.

Jornandes in historia sua, erumpentes de Mæotidis paludibus, ubi eos fertur inclusisse Alexander magnus filius Philippi — gens semifera et a Deo alienissima, forma etiam turpissima, nam in capite pro oculis quasi bina foramina habebant, veluti nigerrima pice infusa, statimque puerulis[1] secabantur genæ, ut cum lacte matris discerent et vulnera pati — hi ergo reperto aditu per transitum cujusdam cervæ[2] expanderunt se super faciem universæ terræ more locustarum cum rege suo Attila pervagantesque totas Gallias omnia repleverunt rapinis, incendiis, abominationibus, profanantes sancta loca et in solitudinem redigentes. Isti sunt qui trucidaverunt beatum Nicasium Rhemensium archipræsulem una cum beata virgine Eutropia sorore ejusdem et civitatem Rhemis

[1] AS. pueriles K. [2] AK. cervi S.

1. Jornandes] De rebus Geticis c. 24: Nam et quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant, eo quod erat eis species pavenda nigredine, sed velut quædam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habensque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata deseviunt. Nam maribus ferro genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam.

2. Alexander magnus] Sagnet om, at Alexander den store ved en Grænsemur havde afspærret Europa fra de østlige Folk, er yngre end Jordanis; i den græske Alexanderroman fra c. 700 udelukker han „Gog og Magog" ved den kaspiske Mur (Peschel, Erdkunde 85[1]), Hraban Maurus fortæller derimod det samme om Hunerne (De universo XVI c. 2, ed. Migne p. 439): Ugnos antea Hunos vocatos, postremo a rege suo Avares appellatos dicunt, qui prius in ultima Mæotide — — habitaverunt, deinde pernicibus equis Caucasi rupibus, ubi feras gentes Alexandri claustra cohibent, eruperant et orientem xx annis tenuerunt captivum.

7. cujusdam cervæ] cfr. de reb. Get. c. 14: Hujus ergo [nationis] ut assolent venatores dum in ulteriori Mæotidis ripa venationes inquirunt, animadvertunt, quomodo ex improvisu cerva se illis obtulit, nunc progrediens, nunc subsistens indicem se viæ præbuit, quam secuti venatores paludem Mæotidem, quam imperviam ut pelagus existimabant, pedibus transiere.

11. Nicasium] cfr. Sigiberti chronicon a. 453: Nychasius Remensis episcopus cum Eutropia sorore ab Hunis martyrizentur.

igni incenderunt. Ab ipsis postea cum obsiderent Agrippinam, quæ modo Colonia dicitur, martyrizata est beata Ursula filia regis Brittonum cum omni comitatu suo utriusque sexus pæne incredibili multitudine. Quo scelere patrato, versi sunt ilico divinitus in fugam et liberata est civitas meritis beatissimarum virginum. Completumque est in eis, quod scriptura dicit: Fugit impius nemine persequente, et item illud psalmistæ: Ibi ceciderunt qui operabantur iniquitatem, [in corde scilicet,[1] expulsi sunt nec potuerunt stare.

Cap. XVIII. Quod beatus Olavus repatriaverit et de corporum humanorum diminutione[2].

Kanutus ergo rex Angliæ ut cognovit interitum Haconar nepotis sui, ilico misit Sueinonem filium suum ad gubernandum regnum Norwagiæ simulque resistendum Olavo, si in patriam redire disponeret. O infelix et inexplebilis cupiditas mortalium! O multum misera humana anima! quæ quanto magis sparsit se in visibilia ista et dilatat[3] in figuram hujus mundi, quæ præterit, tanto difficilius post hanc vitam recolligitur et a Deo, qui vera sufficientia est, alienatur. Hoc in Kanuto satis superque elucet, qui cum duo regna possideret, tertium justissimo[4] regi Olavo, quod illi ex avita successione debebatur, molitur eripere. Olavus itaque ut fertur admonitus in somnis redire eum oportere in Nor-

[1] SA. A sætter disse Ord i Klammer, og nedenunder staar: glossema est; ikke optagne i K. [2] AK. deminutione S. [3] AS. dilatavit K. [4] AK. justissimum S.

3. utriusque sexus] Dette Tillæg viser, at Forf. refererer Legenden om Ursula efter den Form, som dannede sig efter Gravningerne ved Køln 1155 (O. Schade, Die Sage von der h. Ursula, S. 42 ff.).

6. scriptura] Proverb. XXVIII, 1 (JKirchmann)

7. psalmista] Psalm. XXXV, 13: Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

12. Kanutus] cfr. Ágrip 48 og leg. Saga 77: En er Knutr fra þat (se S. 31, Note) þa sætti hann Svein sun sinn oc Alfiuo moþor hans i rikit.

22. admonitus] cfr. Legenden I, 8: divino inspiratur instinctu; leg. Saga 78: hann sagðe þæim at su tilvising hævir firir hann komit at hann skilldi hæim fara til Noreks.

wagiam, vale[1] faciens Iaritzlavo[2] et Ingigerthi relictoque ibi filio suo Magno reversus est ad generum[3] suum Olavum regem in Swethiam ibique anno illo moratus est. Adveniente itaque vernali tempore congregavit[4] exercitum auxilio generi sui, qui magna ex parte erat paganorum, duxitque eum per superiora in Norwagiam. Cumque instaret rex paganis, ut baptizarentur, illique detractarent suscipere jugum Domini, ait se non indigere paganorum et a Deo alienorum, maxime contra christianos; vilem sibi fore victoriam, quæ iniquorum manibus patraretur[5]. Respondent pagani, paratos se quidem ad usus bellorum, et si quid aliud juberet rex, istam vero novellam institutionem nolle se veternæ consuetudini anteponere, malle se redire in patriam. Quo audito rex permisit omnes abire. Congregati sunt postea ad eum parentes ejus cum Haraldo fratre ejus, qui tunc erat adolescens quindecim annorum, sed et quidam alii principes: inter quos erant[6] Ringr filius Dags cum filio suo ejusdem nominis et Fithr comes filius Arna, frater Kalfs, qui maxime adversabatur regi[7]; secutus fuerat et regem individuus comes in omnibus periculis Ragn-

[1] A. valde S. [2] rettet, se Cap. XVI. Wirtzlauo AK. Wircklavo S. [3] AS. AKS. i Margen: l. socerum, B bemærker: gener pro socero. [4] AS. congregant K. [5] AS. pararetur K. [6] AK erat S. [7] KS. regio A.

1. relicto] cfr. leg. Saga c. 80: sætr þar æftir sun sinn til fostrs með Jarislæivi kononge.

3. anno illo] Thj. er den eneste, der lader Olav opholde sig den sidste Vinter i Sverige; han omtaler ogsaa hans Svigerfader, den svenske Olav, som endnu levende, hvad der stemmer med Adam (II, 71).

6. paganis] cfr. leg. Saga 81 og Snorre (Hskr. 471).

13. congregati] cfr. leg. Saga 86: En þa er Olafr konongr kom a Upplond þa kom imote Haraldr Sigurðarsun broðer hans. oc var ungr at alldre oc mikill i hug xv vætra gamall. Oc tok Olafr konongr við hanum með miklum veg. En með kononge varo aðr mester virðingarmann. Finnr Arnasun er siðan var iarl i Danmarku oc Rognvalldr Brusasun er siðan var iarl i Orknæyium — — Dagr Ringsson for med Olave konongr or Garðum austan i Sviðþioð. — Baade Dag og hans Fader Ring var med paa Olavs Tog, se den ældste leg. Saga (Udg. S. 95) og Thormods Vers (leg. Saga 96), hvor Dag, Ring, Harald og Olav omtales som de 4 „Doglinger" ved Stiklestad.

walder[1] filius Brusa filii Siwardi, qui primus omnium consulum Orcadum insularum christianus fuit, cujus superius mentionem fecimus.

Isti fuerunt viri strenui et fortes, corpore et animo validiores multo quam his miseris temporibus, longe tamen suis antecessoribus inferiores. Hujus diminutionis talem reddit rationem Plinius Secundus in naturali historia; verba ipsius ponam: In[2] plenum, inquit, cuncto mortalium generi minorem[3] in dies fieri propemodum observatur, rarosque patribus proceriores consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices[4] nunc vergit[5] ævum. Hæc Plinius; non enim latebat philosophos, quia audierant diluvium præcessisse, sæculum præsens exustione finiendum. Lucanus quoque non minus philosophus quam poeta dicit, ubi ad Iulium Cæsarem loquitur, eo quod prohibuit comburi mortuos in bello:

Hos, Cæsar, populos si[6] nunc non usserit ignis,
Uret cum terris, uret cum gurgite ponti,
Communis mundo superest rogus ossibus astra
Mixturus.

Cuncta namque in terra ex calore et humore procreantur; in quibus calor abundat, fiunt exiliora, graciliora et subtiliora; et ubi prævalet humor, sunt grossiora, proceriora et magis corpulenta. Hanc vicissitudinem seculorum exustionis et eluvionis inducit Plato, dicens expletis quindecim millibus annorum eas alternatim accidere omneque humanum genus interire præter paucissimos, qui aliquo casu evadant, unde postea reparentur homines; hoc semper extitisse et semper futurum esse. Nec tamen mundum [voluit Deo[7] coævum esse, sed sicut vestigium ex pede, non pes ex vestigio, et tamen ex quo pes[8], ex eo vestigium: ita

[1] rettet (efter Cap. 21). Rangwalder A. Ragwalder B. Ragnuvalder K. Ragnuader S. [2] AK. Ad S. [3] A sætter over Linjen: puta staturam, hvilket K. optager i Texten i Parenthes. [4] AS. vires K. [5] AS. A sætter over Linjen a (ↄ: vergat, Rettelse efter Plinius), hvilket K optager. [6] A. sic S. [7] S. Deo voluit AK. [8] AS. K indskyder est.

2. superius] Cap. IX supra (JKirchmann).

7. In plenum] Plinius' Ord (VII c. 16) er: In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram futuræ certum est; in plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri propemodum observatur rarosque patribus proceriores consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices nunc vergat ævum.

12. Lucanus] Pharsalica VII, 812—15 (JKirchmann).

mundum per eimarmenem[1], [id est[2], continuationem temporis, imitari quidem æternitatem, sed apprehendere non posse. Deus quippe simplicissima æternitas, incircumscriptibilis specie[3], præsentialiter universitatem intuetur, mundus vero per vicissitudines et tempora diversificatur. In hunc errorem vicissitudinum seculorum incidit Origines, nobilis tractator[4] divinarum scripturarum, quod satis (proh dolor) elucet in illo libro, quem intitulavit περὶ ἀρχῶν (id est, de principiis), in quo multa vana de philosophorum libris et sanæ doctrinæ obviantia commiscuit. Beatus quoque Hieronymus loquens de diminutione corporum mentionem facit de duodecim lapidibus, quos filii Israel sustulerunt de alveo Jordanis[5] fluminis, cum transirent sicco vestigio, sicut et antea[6] rubrum mare, unde et psalmista canit: Quid est tibi mare, quod fugisti? et tu Jordanis, quia conversus es retrorsum? Iussit namque Dominus, ut ex singulis tribubus singuli viri exportarent lapidem unum super ripam fluminis, quem leviter ferre possent, in testimonium tanti miraculi, quos idem sanctus Hieronymus testatur se vidisse unum ex eis casu aliquo fractum et ferro religatum, tantæ esse magnitudinis unumquemque, ut vix a duobus viris ferri posset, [non quia lapides crevissent, sed quia homines decrevissent[7]. Et certe jam pæne octingenti anni sunt, ex quo beatus Hieronymus ad regna coelestia transivit. Ante hos[8] quoque fere septuaginta annos repertus est Romæ Pallas filius Evan-

[1] AS. K skriver εἱμαρμένην. [2] AK. S har ɔ: [3] rettet i K. spem AS. [4] AK. tractatur S. [5] AK. Jordannis S. [6] AK. ante S. [7] A. fra [oversprunget S. [8] AK. hoc S.

6. Origines] sml. Originis de principiis interprete Rufino lib. II c. 5: Multorum sæculorum finis dicitur esse hic mundus, qui et ipse sæculum dicitur.

13. psalmista] Psal. CXIII, 5 (JKirchmann).

15. Dominus] sml. lib. Josue IV 1: Quibus transgressis dixit Dominus ad Josue: Elige duodecim viros singulos per singulas tribus et præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria.

22. transivit] „D. Hieronymus obiit An. Christi 420 secundum veriores Chronographos“ (Stephanius), altsaa c. 760 Aar førend Thj. skrev.

23. ante hos quoque fere septuaginta annos] Denne Begivenhed henføres ellers til Keiser Henrik III's Tid, i Annales regii til

dri, quem Turnus occidit, cujus mortem beatus dicit Augustinus simulachrum Apollinis flevisse mira dæmonis versutia, quasi doluisset occasum viri probissimi. Inventum est etiam vas argenteum, locatum super pectus ejus, in quo confectio myrrhæ

1053; disse Ord maa derfor være udskrevne af en Kilde fra c. 1120. Hos Wilhelm af Malmsbury (II, 206) fortælles den saaledes: „Tunc corpus Pallantis filii Evandri, de quo Virgilius narrat, Romæ repertum est illibatum, ingenti stupore omnium quod tot sæcula incorruptione sui superavit, quod ea sit natura conditorum corporum, ut carne tabescente cutis exterior nervos, nervi ossa contineant. Hiatus vulneris, quod in medio pectore Turnus fecerat, quatuor pedibus et semis mensuratum est. Epitaphium hujusmodi repertum: (Verset i Texten). Quod non tunc crediderim factum, licet Carmentis mater Evandri latinas litteras dicatur invenisse, sed ab Ennio vel alio aliquo antiquo poeta compositum. Ardens lucerna ad caput inventa arte mechanica, ut nullius flatus violentia, nullius liquoris aspergine valeret extingui. Quod cum multi mirarentur, unus, ut semper aliqui solertius ingenium in malis habent, stylo subtus flammam foramen fecit; ita introducto aere ignis evanuit. Corpus muro applicitum vastitate sui moenium altitudinem vicit; sed procedentibus diebus, stillicidiis rorulentis infusum, communem mortalium corruptionem agnovit cute soluta et nervis fluentibus". Fra W. af M. er Beretningen gaaet over til Vincentius Bellovacensis (Spec. hist. XXV, 34), til Flatø-annalerne (Flatøbogen III, 508) og til Alb. Krantz (Metropolis IV, 15). Hos den sidste staar (ligesom i S) i Verset „morte sua".

1. Augustinus] sml. De civitate Dei III, 2: Neque enim aliunde Apollo ille Cumanus, cum adversus Achæos regemque Aristonicum bellaretur, quatriduo flevisse nuntiatum est: quo prodigio haruspices territi, cum id simulacrum in mare putavissent esse projiciendum, Cumani senes intercesserunt atque retulerunt tale prodigium et Antiochi et Persæ bello in eodem apparuisse figmento: et quia Romanis feliciter provenisset, ex senatus consulto eidem Apollini suo dona esse missa testati sunt. Tunc velut peritiores acciti haruspices responderunt, simulacri Apollinis fletum ideo prosperum esse Romanis, quoniam Cumana colonia Græca esse suisque terris, unde accitum esset, id est, ipsi Græciæ luctum et cladem Apollinem significâsse plorantem. Deinde mox regem Aristonicum victum et captum esse nuntiatum est, quem vinci utique Apollo nolebat et dolebat, et hoc sui lapidis etiam lacrymis indicabat. Unde non usquequaque incongrue,

erat et balsami pretiosissima[1], indeque egrediebantur duo calami aurei, quorum summitates naribus[2] infigebantur, ut videlicet virtute unguenti corpus non minus interius quam exterius duraret incorruptum. Inventi sunt autem et duo versus insculpti:

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, more suo[3] jacet hic.

Qui postea erectus, patente ingenti vulnere sub pectore, pæne murum civitatis adæquavit statura sua ibique stetit, donec balsamo pluviis abluto in semetipsum collapsus[4] est et sic iterum terræ ossa mandantur[5].

Cap. XIX. Quod beatus Olavus in bello martyr[6] occubuit.

Beatus itaque Olavus congregata manu, quam habere poterat in Upland, tetendit in Throndheim[7]; audierat enim Sueinonem filium Kanuti in Wic operiri adventum suum cum valida manu et ideo declinavit ab eo. Throndenses autem audito adventu regis convenerunt in Nidrosiensem civitatem quasi vir unus adversus Dominum et adversum christum ejus, juvenes cum senioribus infelici factione, ut impugnarent sanctum Dei; in quibus erant principes, qui maxime regi obluctabantur, Thorer hunder et Kalfr[8] filius Arna. Audiens igitur rex congregatam adversum se multitudinem misit[9] ad eos Fin fratrem Kalfs, cujus superius mentionem fecimus; qui populo pacem offerret, regis animum paratum nunciaret, oblitum eum præteritarum injuriarum ignoscere cuique, quod eatenus perperam egisset: detestari se effusionem humani sanguinis et maxime in civilibus bellis, nullo modo se velle manum conserere[10], si salubribus ejus monitis acquiescant. Effera vero mens barbarorum unanimi consensu paci contradicit et multo

[1] AK. pretiosissimi S. [2] AK. narribus S. [3] AK. morte sua S. [4] KS. collapsum A. [5] AS. mandabantur K. [6] AK. mater S. [7] AK. Trundheim S. [8] AS. Kalfs K. [9] AK. misi S. [10] AK. conferre S.

quamvis fabulosis, tamen veritati similibus, mores dæmonum describuntur carminibus poetarum. Nam Camillam Diana doluit apud Virgilium et Pallantem moriturum Hercules flevit.

l. 19. Thorer hunder et Kalfr] hverken Thj. eller Ágrip kjender Haarek af Thjotta blandt Høvdingerne ved Stiklestad; selv i de senere Beretninger (leg. Saga, Fagrskinna, Heimsk.) er han lidet fremtrædende.

miseri magis [eligunt sanctum Dei hostiliter impetere quam[1] salutaria ejus monita suscipere. Omnes itaque regi obviam ruunt et properanti gradu ad locum, qui dicitur Sticlastaðer[2], perveniunt; præcesserat tamen eos Fithr nuncius regis et obstinatam eorum malitiam regi intimaverat.

Beatus itaque Olavus divina revelatione admonitus obitum suum quodammodo præsagivit, vocansque[3] ad se, ut fertur, dispensatorem suum jubet illi, ut speciales eleemosynas pro omnibus, qui in eodem prœlio contra se arma ferendo casuri essent, ex regia pecunia devote largiretur, non immemor præcepti Domini sui: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Libet hic intueri [animum martyris nostri[4]: furebat persecutorum[5] rabies et miseranda cæcitate perculsi crudeli infamia debacchabantur in sanctum Dei; ille vero manet immotus et in Christo fundatus, saluti persequentium providendum curat, et hoc in tali necessitate, ubi quilibet etiam carissimorum suorum oblivisci potuisset. Audite hæc, obsecro, universi populi: vir iste natus pæne in ultimis partibus aquilonis inter barbaros et incultos. Videte quale sidus emicuerit, quam humilis, quam sublimis, et hoc non in servili conditione, sed in regali fastigio. Animadvertite, quali animo bellum paraverit, quid intenderit. [In promptu causa est

[1] AK fra [oversprunget i S. [2] rettet. Sticlastad'er AK. Sticlastader SB. [3] S. vocatisque A. vocavitque K. [4] AK. martyris nostri animum S. [5] SK. persecutorem A.

6. admonitus] cfr. Legenden I, 10.

8. dispensator] „œconomus domus regiæ, cui creditur administratio pecuniarum“ (Ducange).

8. dispensatorem] cfr. leg. Saga 86: „þa let hann kalla til sin boanda einn. siðan fecc hann hanum fe mikit oc bað hann fara i hæroð a braut oc kaupa salotiðir at lærðom mannum firir sal þeirra manna er imote mer ero oc falla i bardaganom. Firir þeirra manna sal mindir þu vitia gefa er með þer falla quað boandenn. Firir þeim er imote mer ero sagðe konongrenn. en ver munum aller saman biargart minir menn“. I det bekjendte Maleri fra Throndhjems Domkirke, som nu er i det oldnord. Museum i Kjøbenhavn, giver Olav Penge til Sjælemesser til en Geistlig (Undset, Norske Oldsager i fremm. Museer. S. 67—68).

10. præceptum Domini] Matth. Ev. V, 44 (JKirchmann).

procul dubio[1], remota omni ambiguitate, ut sceleratos et iniquos a bonorum persecutione compesceret, Christi sancita stabiliret, de durissimis lapidibus si fieri potuisset filios Abrahæ suscitaret. Hæc ita fuisse certissime declarant quotidiana beneficia et non minus crebra quam[2] inusitata miracula, quæ omnipotens Deus dignatur operari per ejus merita, non in nostra regione, verum ubicunque locorum et a quibuscunque auxilium beati martyris fideliter imploratur. Videre est etiam quam devote, quam diligenter etiam insecutus sit beatus iste vestigia illius primi vexilliferi salvatoris nostri, videlicet beatissimi protomartyris Stephani: Ille inter torrentium[3] imbrem lapidum pro lapidantibus exoravit, iste pro interemptoribus suis etiam eleemosynas erogari jubet. Sed in his omnibus ille agnoscendus est, ille laudandus, ille glorificandus, qui et in prima vocatione dedit fidem et in extrema constantiam.

Collatis itaque signis ferebat vexillum ante regem vir strenuus nomine Biorn[4]; hic in primo statim congressu occisus est a Thori hund, qui primam aciem ducebat contra[5] regem. Ilico subsecutus est occasus regis, accepto ut fertur vulnere ingenti. Quis ei manus intulerit, utrum unum an plura vulnera habuerit, quia a diversis diversa dicantur[6], nos nil temere affirmare volumus nec officioso mendacio aliorum aures demulcere. Dagr vero unus ex principibus regis nec non et cognatus ejus, cernens vexillum una cum rege cecidisse[7], viriliter illud erexit hortatus socios et obtestatus, ut [necem regis[8]. non velint inultam, ne .geminatum

[1] AK. causa est procul dubio prompta S. [2] SA., udeladt K [3] AS. terrentium K. [4] ABK. Biørn S. [5] AK. ante S. [6] AS. dicuntur K. [7] AKS. (med urette siger Suhm: in codice Magnæano occidisse). [8] AK. regis necem S.

10. Stephani] sml. Act. apost. VII, 58—59: Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamavit voce magna dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

15. vexillum] afvigende fra Sigvats Vers hos Snorre (Hskr. 480, sml. 493).

17. a Thori hund] sml. Heimskr. 489 og 492.

19. plura vulnera] den almindelige islandske Tradition, se Ágrip, leg. Saga 93, Snorre Hskr. 493.

21. Dagr] Forf. kjender ikke Sagnet om, at Dag først kom til under Kampen (Hskr. 492) eller endog efter Kongens Fald (Leg. Saga 94, sml. 85); Ágrip nævner ham ikke.

gaudium adversarii reportarent et de nece regis et de incruenta victoria. Inde ruunt omnes in arma, penetrant bis vel ter aciem hostium, plurimos prosternunt, protrahitur pugna usque ad vesperam, nox pugnantes dirimit[1]. Discedunt tandem utrique non tam victi quam fessi et vulneribus afflicti.

Occubuit autem beatus Olavus quarto Kal. Augusti, quod tunc erat quarta feria, anno ab incarnatione Domini millesimo vicesimo nono, ut nos certius indagare potuimus.

Cap. XX. De diversitate supputationis annorum[2] ab initio mundi.

Sciendum vero est, in libris nil adeo corruptum ut supputationem numerorum, tum[3] maxime vitio scriptorum, tum etiam[4] minori industria calculantium, et ideo, ut inprimis diximus, hunc numerum annorum nolumus præjudicare certiori, semper et ubique præcaventes contentiones, in his præcipue quæ contra fidem non sunt. Et ut pauca de antiquorum libris et quid[5] ipsi senserint de supputatione annorum ab exordio mundi usque ad adventum Christi referam, ponam diversorum diversum computum. Eusebius Cæsariensis episcopus, primus omnium quorum ad nos scripta pervenerunt, ab initio seculi usque ad ortum salvatoris colligit ex Hebraica veritate annorum tria millia nongentos septuaginta unum. Idem tamen Eusebius, nolens autoritatem septuaginta interpretum, si tamen illorum est, omnino postponere, secundum illam colligit quinque millia centum nonaginta novem. Isidorus Hispalensis episcopus ponit quinque millia centum quinquaginta

[1] AS. diremit K. [2] AK. mgl. S. [3] KS. tam A. [4] AKS. A tilføier over Linjen: forte [non]. [5] KS. quod A.

6. Occubuit] cfr. Legenden I,10: occubuit autem quarto Kalendas Augusti, feria quarta, millesimo et vicesimo octavo ad incarnatione Domini. Thj.s Aarstal, som han selv fremsætter med Tvivl (se næste Capitel), er fremkommet ved at tage det Aar, der ligger mellem Legendens Aar (1028) og den rigtige (islandske) Tidsregnings (1030). Aarstallet er fra Thj. gaaet over i Ágrip (53) og den leg. Saga c. 101. 29 Juli faldt i 1028 paa en Mandag, i 1029 paa en Tirsdag, og først i 1030 paa en Onsdag.

18. primus omnium quorum ad nos scripta pervenerunt] Disse Ord er sikkerlig udskrevne fra en ældre Forfatter, thi Thj. har ikke kunnet benytte Eusebius.

quatuor. Beda sequens Hebraicam veritatem decem et novem annos minus ponit Eusebio, id est[1], tria millia nongentos[2] quinquaginta duos. Hunc sequitur Remigius Autisiodorensis episcopus, vir in literali scientia adplene instructus, nec in uno anno ab eo dissentiens. Hugo quoque Parisiensis canonicus, omnium judicio absque ulla refragatione diligentissimus tractator, beatum Hieronymum e vestigio secutus, ut in chronica sua satis elucet, Hebraicam in omnibus præfert veritatem. Sunt igitur secundum Hieronymum et veritatem, quam ipse diligentissime de Hebraicis fontibus elicuit, anni ab Adam ad Christum tria millia nongenti quinquagenta duo[3]. Hæc de diversitate calculantium dicta sufficiant.

Quomodo vero mox omnipotens Deus merita martyris sui Olavi declaraverit cæcis visum reddendo et multa commoda ægris mortalibus impendendo, et qualiter episcopus Grimkel — qui fuit filius fratris Sigwardi episcopi, quem Olavus filius Tryggva[4] secum adduxerat de Anglia — post annum et quinque dies bea-

[1] AK. mgl. S. [2] KS. nongentis A. [3] AS. i Randen: septuaginta unum, hvilket K optager i Texten i Klammer. [4] rettet. Tryggya A. Tryggia S.

1. Beda] sml. Beda de temporibus Cap. 22: Dominus nascitur, completis ab Adam annis MMMDCCCCLII, juxta alios (ɔ: 70 interpretes) MMMMMCXCIX.

3. Remigius] var ikke Biskop, men Scholasticus i Auxerre († c. 908); han vides heller ikke at have skrevet noget historisk eller chronologisk Arbeide.

13. merita] cfr. leg. Saga 100: „þær urðu fyst iartæignir at hæilaglæik Olafs konongs at bliandr maðr þo augu siu i vatne þui er sar hans varo þvægin i. En sa fecc þegar syn sina. Lik Olafs konongs la i iarðu ij misseri oc v daga“ (ɔ: fra 29de Juli 1030 til 3die Aug. 1031). Derefter berettes, at Liget kom op af sig selv, blev begravet igjen og efter 9 Dage kom op igjen „a fundingar dagi Stephanus oc þæira felaga (ɔ: 3die August!). „oc tok þa Grimkæll biskup licam Olafs konongs or iarðu“.

16. filius fratris] Odd har rimeligvis gjengivet dette med, at Grimkel var Sigurds „nepos“ (Brodersøn eller Søstersøn), thi „svá segir bróðir Oddr, at Grimkell biskup, sá er var með hinum heilaga Ólafi Haraldssyni ok efldi kristindóm í Noregi, væri systurson Sigurðar biskups“ (Fornm. S. III, 172).

tum corpus e terra levaverit et in loco decenter ornato reposuerit in Nidrosiensi metropoli, quo statim peracta pugna transvectum fuerat, quia hæc omnia a nonnullis memoriæ tradita sunt, nos notis immorari superfluum duximus. Regnavit autem beatus Olavus annis quindecim, quorum tredecim solus obtinuit regnum; nam primo anno cum Sueinone filio Hacon mali pugnam habuit et eum a[1] patria expulit, ut superius meminimus, ultimo vero a Sueinone filio Kanuti regis Angliæ nec non et Daciæ, de quo satis dictum est, rebellionem passus est et inquietum fuit regnum. Eidem vero Kanuto et filio ejus Sueinoni et Haconi nepoti ejus asscribuntur anni quinque in catalogo regum Norwagiensium.

Cap. XXI. De Magno filio beati Olavi.

Post hæc vero vix triennio peracto Norwagienses sera poenitentia ducti pro scelere, quod commiserant in beatum Olavum,

[1] AK. ex S.

3. a nonnullis memoriæ tradita sunt] Dette Skrift „translatio S. Olavi“ omtales kun her og er ganske forskjelligt fra Legenden; det maa tidligt være tabt, da Legenden senere blev brugt ogsaa ved den „mindre Olavsmesse“ ɔ: 3die August (se Brev. Nidrosiense).

11. quinque] Thj. regner altsaa her, at Knut og hans Søn regjerede 1 Aar med Olav, 4 Aar efter hans Død.

11. Catalogus regum Norwagiensium] synes at have begyndt med Olav den hellige, siden Thj. tidligere kun citerer Islændingerne.

13. post hæc vero vix triennio] ɔ: efter Olavs Skrinlægning, 4 Aar efter hans Død, thi Magnus var 5 Aar ved Olavs Afreise fra Rusland (altsaa 6 Aar ved hans Død) og isaafald „decennis“ 3 Aar efter Skrinlægningen.

13. sera poenitentia ducti] cfr. Ágrip 53—54: Enn þa er guþ toc at birta iartegnum um in helga Olaf þa rǫþosc bǫþto menn til at fara ór landi at sǽkia Magnus sun ins helga Olafs. þviat menn fvndu missræþi sin oc iþroþosc oc uildo þa þat bǿta a svni hans er þeir hǫfþo a siolfum honum brotit. oc sǫtto í Austrvega til Iaritlafs konungs. oç boro til þess allra baþztra manna orþsending oc báynarstaþ. at hann scvldi til landz sǽkia. Oc uoro hǫfþingar i þeirri fǫr Rognvaldr iarl Einarr þamba scelmer. Sveinn brvgio fot. Calfr Arna sunr. Enn þeirra bǫ́n uar ęigi fvrr haurþ ne framgeng enn þeir unno honum land oc trúnaþ þviat Ingigerþr drotning stoþ

simulque non ferentes tyrannidem Alfivæ[1] matris Sueinonis decreverunt mittendum pro Magno filio beati Olavi tunc puero decenni, cupientes saltem[2] filio restituere, quod patri crudeliter abstulerant. Elegerunt ad id negotium quatuor viros, Ragnwaldum comitem, quem superius diximus amicissimum beato Olavo, Einar thambaskelme[3], Suein bryggyofot[4] et Kalfum filium Arna, qui in beatum Olavum graves pridem exercuerat inimicitias, sed tunc poenitentia ductus modis omnibus nitebatur filium ejus in regnum restituere. Qui cum venissent in Rusciam[5] ad Jaritzlavum[6] et Ingigerthi, ubi nutriebatur puer, consilium suum innotuerunt regi nec non et totius Norwagiæ. Abnegat regina Ingigerthr[7] affirmans nullo modo mittendum puerum, nisi jurejurando promitterent eum in regem sublimandum[8]; valde enim dilexerat beatum Olavum ideoque officiosissime filium ejus nutriverat. Illi vero, supra quam ab eis poscebatur, promittentes omnia solvuntur abire; reversi itaque in Norwagiam cum magno gaudio suscepti sunt a tota patria statimque cum favore totius populi puer Magnus in regem sublimatus est.

Cap. XXII. De compositione pacis inter Magnum et[9] regem Daciæ.

Audiens itaque Sueino filius Kanuti devotionem populi contra regem Magnum, diffidens rebus propriis reversus est in Daciam eodemque anno præsentem vitam finivit; sed et pater ejus Kanutus rex Angliæ eodem anno rebus humanis decessit. Non multo

[1] KS. Alfiue (ɔ: Alfivæ) A. [2] AK. saltim S. [3] rettet. Tham Baskelme AKS. [4] rettet. Bryggytfot ABK. Bryggyfot S [5] A. Russiam KS. [6] rettet (se Cap. xvi) Wircklavum S. Wirtzlauum AK. [7] rettet. Ingigerthi AKS. [8] rettet i K. sublimendum AS. [9] AS. mgl. K.

a moti. Enn þui næst comr hann i land fiorum uetrum eftir fall foþor sins Olafs konungs. Cfr. leg. Saga 102, hvor Ragnvald udelades, da han var flygtet fra Norge efter Stiklestad-slaget (se c. 94); ligesaa „Kongesagaerne fra Magnus den gode" (Flat. III, 261); i Fagrskinna og Heimskringla udelades ogsaa Svein Bryggefot.

21. Audiens] cfr. Ágrip 54: Oc meþ þvi at þau Sveinn oc Alfifa uisso manna þocca viþ han oc ouinsælþ sina. þa flvþo þau til Danmarcar. enn Magnus konungr toc uiþ riki.

24. non multo] cfr. Ágrip. 56—57: Enn þa er hann hafþi noc-

post hinc elapso tempore memor Magnus rex injuriarum, quas exercuerant Dani in reges Norwagiæ, congregata classe tetendit in Daciam pervenitque ad insulas, quas nos Brennojar[1] vocamus, ubi tunc obviam habuit Hartha[2] Knut filium Kanuti, fratrem Sueinonis. Videntes itaque principes, reges adolescentulos facile posse inclinari in quamlibet partem, potiusque sibi imputandum quicquid perperam agerent, mutant in melius consilium, tractandæ pacis ineunt foedus tali proposita conditione, ut uter regum sine certo herede — hoc est, prole ventris sui — prior humanis rebus abscesserit, residuus utrumque regnum obtineat sine ulla contradictione. Sicque ab invicem non solum concordes, verum etiam amicissimi discedunt.

Cap. XXIII. De pacto quod factum est inter Carolum magnum et fratrem suum.

Non longe a pacto quod pepigit Carolus, qui postea ob insignes victorias et morum probitates dictus est magnus, cum Carolomanno seniore fratre[3] suo. Qui tamen Carolomannus[4] post biennium hominem exuit[5], relictis duobus filiis suis, quos assumens uxor ejus quæ fuerat profugit feminea levitate ad Luiprandum[6] re-

[1] S. Brennorar AB. Brennoiar K. [2] ABK. Harha S. [3] AS. patre (!) K. [4] KS. Carolusmannus A. [5] rettet i AK. exiit AS. [6] AS. Luitprandum K.

quora uetr landi stvrt lavgom scipat oc avllom goþom siþom oc cristni stvrct þa mintisc hann a ravngvnndi þav er uiþ favþor hans havfþo uęírit gavr. oc helt her til Danmarcar er aller uoro fullfusir furir hefnnda sacar. En þa uar Sveinn fra fallinn í Danmorco oc sva Knutr faþer hans í Englandi. oc reþ þa fvrir Danmorco broþer Śveins Havrþa knutr at nafnni oc helt her amoti Magnusi oc fundusc i Brennayiom. foro uitrir menn a meþal oc mælto til sættar — — þa slæro þeir þo mali í þa saét at *sa þeirra er lengr lifþi scvldi taca uiþ bavþom landom* oc hvárr sino riki raþa meþan baþir lifþi þeir. Rigtigere gjengives det i de vidtløftigere Sagaer: ef Magnus konungr andadizt *barnlauss* o. s. v. (Flat. III, 263, Fagrsk. 128, Hskr. 520). En virkelig Krig før Forliget i Brennøerne omtales kun i Flatøbogen og Fagrskinna.

19. Luiprandum] „ad Desiderium; hic erratum in nomine Luidprandi. Desiderius non obsedit papam Papiæ, ut hic asseritur contra fidem historiam.“ (JKirchmann).

gem Italiæ, quod vehementer displicuit Carolo. Iste rex Longobardorum multum afflixit Romanam ecclesiam, adeo ut dominum papam inclusum Papiæ obsideret. In hac ergo necessitate positus dominus papa misit literas deprecatorias ad Carolum regem Franciæ, audierat enim eum ingenuæ indolis juvenem. Postulat eum subvenire laboranti ecclesiæ: nihil sibi germanius fore quam laborantem sustentare matrem, obedire eum oportere, utpote christianum regem summo pontifici, se in maximo periculo constitutum die noctuque ejus præstolari adventum, accelerari oportere negotium, quod[1] alimenta sunt[2] in brevi defutura. His literis acceptis Carolus, quominus jam præmeditaretur expeditionem in Saxoniam, quæ adhuc illo in tempore idolatriæ[3] dedita erat, mira celeritate contraxit exercitum, atroci lege proposita cunctis principibus, si quis post ejus abscessum[4] remoraretur. Incredibili ergo et inopinata acceleratione transscensis[5] Alpibus — ut illud Lucani aptissime ei possit convenire:

Iam rapido cursu Cæsar superaverat Alpes —

improvisus adfuit nec fama quidem præeunte dispositaque acie obsidione cinxit exercitum regis Longobardorum[6], ita ut miro[7] et rarissimo exemplo nullus pateret effugii locus illi, qui prius alios incluserat. Quod ut innotuit urbi, maximo gaudio perfusa est civitas apertisque portis viriliter invadunt adversarios. [8]Carolo foris urgente, oppidanis ab[9] intus instantibus, totus exercitus Longobardorum et subjugatur et sub jugum mittitur. Rex ipse catenatus[10] ante pedes domini papæ adducitur, non datur imperio sed ut frequenter promeruerat plebis[11] opprobrio. Carolus rex requirit a domino papa, quid jubeat de illo fieri. Dominus papa simpliciter respondit: Ego non corporalem sed spiritualem fero gladium; mihi sufficit, si jus suum et patronatus ecclesiæ reddatur, si beato Petro sua restituantur. [Tuum est, inquit,[12] carissime fili, decernere, utrum regium nomen in Italia permanere debeat, ex quo Constantinus filius Helenæ ad honorem domini nostri Jesu Christi illud abdicavit et beato Petro ac Romano pontifici in jus perpe-

[1] tilsat i A (i Parenthes) og K. [2] AS. K retter til sint. [3] AS. idololatriæ K. [4] AK. abcessum S. [5] SK. transscelsis (!) A. [6] S. Longobardiæ AK. [7] AS. mire K. [8] K indskyder: Et. [9] AK. et S. [10] AS. catenus (!) K. [11] K. (plebis) S. A har: pleñ (l. plebis). [12] S. Tuum inquit est AK.

16. Lucani] Pharsalica I, 183:

Iam gelidas Cæsar cursu superaverat Alpes.

tuum contradidit. Carolus itaque rex exauctoravit regem Longobardiæ et Viennam in exilium misit, restituens ei uxorem et liberos pecuniamque sufficientem, clementer et benigne eum tractans. Ex illo ergo tempore liberata est ecclesia Romana a tyrannide Longobardorum instantia et beneficio christianissimi[1] regis Caroli post annos plus minus trecentos, ex quo[2] primum invaserant Italiam. Sed regrediamur in Norwagiam.

Cap. XXIV. Quod idem Magnus Danorum rex effectus bellum habuerit cum Wandalis.

Non multo post supra memoratam concordiam duorum regum, Magni et Kanuti, defunctus est idem Kanutus absque herede. Quo comperto Magnus rex congregata classe navigavit in Daciam, ubi tunc a principibus regni, qui supradictæ pactioni interfuerant, honorifice suscipitur et in regem sublimatur. Quod cum audisset Sueino filius Ulfs et Astridis sororis Kanuti regis Angliæ, collecto exercitu congressus est cum Magno navali proelio ab eodemque[3] mox victus aufugit. Dum hæc agerentur, Wandali, quos nos materna

[1] AK. christianismi S. [2] S tilføier i Randen: forte Longobardi. K: (deest Longobardi). [3] AK. eodem S.

6. plus minus trecentos] „Scribendum ducentos. Nam Longobardi An. 568 Pannonias egressi duce Alboino in Italiam contenderunt ibique regnum constituerunt. Desiderius vero ultimus rex Longobardorum a Carolo Magno victus est An. 773 [774]. Duravit igitur regnum Longobardorum in Italia annos 205 [206].“ JKirchmann.

10. non multo] sml. Ágrip 57—58: „oc andaþesc Knutr fvrri. en Mꜹgnus toc þa uiþ Danmorc fvr vtan gagnmǽli. þviat svner bꜹtþtu manna uoro í gislinginne. Enn þa er Sveinn sunr Ulfs oc Astriþar svstor Knúts rikia spurþi þetta i Englandi. þa aflaþi hann allauega hers er hann matti. en Mꜹgnus at moti oc funnusc a scipom uiþ nes þat er callat er Helganes oc heldo bardaga oc flvþi Sveinn til Vinlandz.“ Stedsnavnet Helganes gjenfindes længere nede hos Thj.; men at Svein fik Hjelp fra Venderne og førte dem til Danmark, er aabenbart en Kombination af Forf. af Ágrip, den kjendes ikke andenstedsfra.

17. Wandali] tysk og nordfransk Navn paa Venderne i 12te Aarhundrede, se f. Ex. Annalista Saxo: Sclavonia a Winulis

lingua vocamus Windir, gens pagana et Deo inimica, silvestris et inculta, vivens raptu, qui semper quidem rapinis solebant infestare Daciam, tunc tamen præcipue occasionem nacti de inquietudine[1] regni, incredibili multitudine advecti sunt in Daciam, operientes faciem terræ more locustarum. Quod cernens Magnus rex animo consternatus est, nam neque tempus habuit exercitum congregandi neque tutum putabat cum paucis contra tantam multitudinem dimicare, et intolerabile[2] videbatur vastari regionem in præsentia sui. In hac ergo mentis angustia posito rege[3] fertur nocte subsequenti apparuisse beatum Olávum patrem ejus et[4] monuisse eum in Deo spem ponere, facile ei esse dare victoriam non minus in paucis quam in pluribus, oportere eum in crastino ád bellum procedere, Dei miseratione victoriam non defuturam. Hac ergo visione confortatus rex Magnus in crastinum viriliter processit ad proelium, subsequens vexillum, quod patris ejus fuerat, tenens manu bipennem ejusdem, quæ et ibi confracta est et modo servatur in Nidrosiensi ecclesia. Major itaque ruit in hostem, plurimos prostravit, ceteros turpiter Deo auxiliante in fugam convertit. Hoc proelium gestum est in loco, qui dicitur Luirscogs-heithr. Variis deinde conflictationibus inter se agentes Magnus et Sveino plura proelia gesserunt in diversis locis, quorum maxima ista fuerunt: apud Helganes unum, aliud apud

[1] AK. inqvietudini S. [2] AK. intollerabile S. [3] AS. regi K. [4] K indskyder ei.

incolitur, qui olim dicti sunt Wandali (M. G. Scr. VI, 630), Sigiberti continuatio Valcennensis: Vicelinus Wandalorum apostolus (M. G. Scr. VI, 460).

6. rex] cfr. Ágrip 58—59: „Magnus hafþi scammo aþr uitorþ af oc fvrir þvi litinn uiþbunaþ oc ǫttaþesc af liþlaysi oc biosc þo sem hann matti til uiþrtoco. Enn of nottena er hann scvldi beriasc of morgvnenn oc hanum uar otti mikil a raþi sino. þa birtisc honum faþer hans í drami oc baþ hann ecki ottasc, sagþi honum at hann scvldi sigr uinna oc sva gafsc“. Selve Kampen skildres efter en ukjendt Kilde.

19. Hoc proelium] cfr. Ágrip 59: Matoso þeir um morgonen a heiþi þeiri er Hlvrscogs heíþr heiter. *er ligr uiþ Skotborgará.* Det sidste (urigtige) Tillæg er laant fra afvigende Kilde.

22. Helganes] sml. Hskr. 541.

Aros et [non multa[1] præterea. Sed quia longum est singulis immorari, transeamus ad cætera.

Cap. XXV. De reditu Haraldi hardrader[2] de Græcia.

Videns itaque Sueino, se non posse resistere viribus Magni, discessit a patria; quem insecutus rex cum classe applicuit in loco, qui dicitur Ourarsund[3]; ubi cum morarentur, conspiciunt quadam die navem adventantem, solitis armamentis venustius ornatum, nam velum totum purpuram renitebat. Qua insueta visione attonitus rex mittit ilico qui requirant, qui sint vel unde veniant. Responsum est nunciis regis, esse Haraldum, fratrem Olavi regis Norwagiæ, venientem de Græcia. Econtra illi sciscitantur, quis ductor sit classis, quam in portu cernebant. Respondebant, esse Magnum filium beati Olavi, regem Daciæ et Norwagiæ. Quo audito Haraldus mox divertit ad nepotem suum, a quo ut decuit honorifice susceptus aliquot dies ibi moratus est. Cumque Magnus ab eo postularet, ut ei subsidio foret ad subdendum sibi regnum Daciæ, quod ei justis ex causis debebatur, respondisse fertur se potius velle petere ab eo partiri secum regnum Norwagiæ, quod sibi jure heredetario debebatur. Cui cum rex Magnus gratiose respondisset — erat enim mitis et benignissimi ingenii —, unus ex consiliariis regis, Einar thambaskelmer[4], perpendens secum utriusque verba non de ejusdem benignitatis fonte manare, respondit justum videri, ut si rex Magnus Haraldo dimidiam partem Norwagiæ annueret, ipse quoque pecuniam, quam de Græcia attulerat, cum rege divideret: multum enim eum egere pecunia, plurima in expeditionibus assiduis consumpsisse. Hanc responsionem Haraldus indigne ferens dixit: se non ob id in exteris regionibus pro adquirenda pecunia objecisse[5] periculis, ut inde ditaret satellites Magni nepotis sui. Cui Einar: Scias me ubicunque potero obviam iturum, ne regnum obtineas. Quod verbum

[1] A, men over non multa staar: l. nulla. non nulla K. nonnulla multa S. [2] rettet. Hardrad'r S. Hardradr A. Hardradr K. [3] S. Ourarsunt ABK. [4] rettet. Thambar Kelmer AKSB. [5] K indskyder her: se.

1. Aros] sml. Hskr. 537—39 og 543.

3. Cap. XXV] cfr. Ágrip 60—63 (forskjellig Kilde), der ikke kjender nogen Uenighed mellem Magnus og Harald.

3. Hardrader] hans Tilnavn findes kun her, ikke i Texten.

et Einaro et filio ejus, ut rerum exitus probavit, causa fuit temporariæ mortis, quia ambo postea ab Haraldo occisi sunt. His itaque responsis commotus Haraldus discessit a rege et in Norwagiam profectus est; Sueino comperta[1] causa discessionis Haraldi a Magno e vestigio comitatus est eum, promittens ei dimidiam partem Daciæ, si possent regem Magnum eliminare.

Cap. XXVI. Invectio auctoris in ambitiosos et qualiter Chosdroe vitam finiverit.

O vere infelix appetitus honoris! o miseranda[2] et miserabilis et, ut a philosophis describitur, vere cæca ambitio, divina et humana calcans, naturæ non deferens honorem et, cujus mentem semel invaserit, impotem sui reddens! Hæc Absolonem in jugulum patris armavit, ut sibi parricidio regnum pararet; et ut de ethnicis aliquid loquar, hæc Pharnacem filium Mithridatis[3] regis Ponti, qui cum Romanis annis quadraginta bellum gessit, impulit ut patrem suum inclusum in quadam civitate obsideret; cum idem Mithridates[4] diu ex altissimo muro concionatus, cupiens filium ad misericordiam flectere, ut inexorabilem vidit, exclamasse fertur: Dii patrii, si qui estis, donate ut Pharnaces hac ipsa prece filios suos exoret et non exaudiatur. Post hæc descendens de muro dedit venenum omnibus concubinis suis et filiis et filiabus. Postremo cum ipsemet hausisset venenum et vis veneni in ipso grassari non posset propter innumerabilia remedia, quibus frequenter munierat sua viscera contra eandem pestem, ne ab alio necaretur, fracto jam muro porrexit cervicem[5] speculatori[6]. Quod de hoc Lucanus:

Barbaricò vix consummato veneno.

De hoc rege scribit Plinius Secundus his verbis: Mithridates[4],

[1] AK. comperto (!) S. [2] SK. miserandæ A. [3] AK. Mitridatis S. [4] AK. Mitridates. [5] AK. civicem (!) S. [6] S. spiculatori A.

3. in Norwagiam] afvigende fra de andre Kilder, som lader Harald slutte Forbund med Svein i Sverige enten efter Mødet med Magnus (Flat. III, 307, Fagrsk. 114) eller før (Hskr. 559).

26. Lucanus] Phars. I, 337:

Prœlia barbarico vix consummato veneno.

28. Plinius] l. VII, c. 24: Mithridates duarum et viginti gen-

inquit rex Ponti, homo potentissimus et ditissimus, annis quadraginta bellum protraxit nobiscum variis eventibus, duarum et viginti gentium rex totidem linguis jura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus. Hæc ipsa infelix ambitio armavit Syroim in jugulum patris sui Cosdroe. Et quia hujus regis mentionem fecimus, quæso ne onerosum videatur lectori, si pauca de Romana historia excerpta hic ponantur propter illam scripturam, quæ fertur de exaltatione sanctæ crucis, in qua quibusdam veris multa falsa interlita sunt, propter quod a sancta Romana ecclesia non recipitur. Gelasius namque papa, vir doctissimus et magnæ auctoritatis in ecclesia Dei, compendioso sermone secernit apocryphas scripturas a sacro canone, dicens: non egere ecclesiam Dei falsitatis comprobatione, quæ ab ipsa veritate Deo fundata est. Cui beatus Augustinus plurimis in locis attestatur eodem sensu et pæne iisdem verbis. Ponit idem Gelasius inter apocrypha[1] passiones apostolorum præter solius Andreæ,

[1] AK. Apochryfa S.

tium rex totidem linguis jura dixit, pro contione singulas sine interprete affatus.

8. scriptura de exaltatione sanctæ crucis] se f. Ex. gl. norsk Homiliebog S. 174, Vincentii Bellovacensis Spec. historiale XXIII, 12.

10. Gelasius] † 496, se „Decretalis de recipiendis et non recipiendis libris, qui scriptus est a Gelasio papa cum LXX viris eruditissimis episcopis in sede apostolica urbis Romæ (Thiel, Epistolæ Romanorum Pontificum genuinæ S. 454 ff.), hvor følgende apostoliske Apocrypha nævnes: Itinerarium nomine Petri apostoli apocryphi, qui appellatur S. Clementis libri numero x, apocryphum. Actus nomine Andreæ apostoli apocryphi. Actus nomine Thomæ apostoli apocryphi. Actus nomine Petri apostoli alius apocryphi. Actus nomine Philippi apostoli apocryphi. Evangelium nomine Matthiæ apocryphum. Evangelium nomine Petri apostoli apocryphum. Evangelium Jacobi minoris apocryphum. Evangelium Barnabæ apocryphum. Evangelia nomine Thomæ, quibus utuntur Manichæi apocrypha. Evangelium nomine Bartholomæi apostoli apocryphum. Evangelium nomine Andreæ apostoli apocryphum. Evangelia quæ falsavit Lucianus apocrypha. Evangelia quæ falsavit Hesychius apocrypha. Liber de infantia Salvatoris apocryphus. Liber de nativitate Salvatoris et de Maria vel obstetrice apocryphus.

librum de infantia Jesu, librum de nativitate beatæ Mariæ, itinerarium Clementis, evangelium[1] secundum Thomam, evangelium[1] secundum Bartholomæum et multa alia, quæ longum est enumerare. Sed jam videamus, quomodo illa scriptura de exaltatione sanctæ crucis conveniat veritati Romanæ historiæ[2]. Heraclius vir valde strenuus in re militari, filius Heraclii præfecti[3] Africæ, a militibus in imperatorem Romanum eligitur. Hic[4] sex annis [continuis pervagatus omnem Persidem[5] innumeras civitates nec non et vetustissima ædificia regum antiquorum solo prostravit, super pontem quendam cum quodam gigante Persico singulari pugna[6] congressus vicit et in amnem dejecit ipsumque Cosdroen[7] ad ultimas regni sui latebras fugere compulit. Qui ultimæ desperationi[8] addictus filium suum Mardasan designavit regem. Quo comperto Syrois primogenitus[9] ejus ægre tulit nimis sui[10] repulsam, cui debebatur pro ordine nativitatis regnum, et sollicitato Gundabundan præfecto militiæ omnem ad se convertit exercitum statimque patrem Cosdroen[7] insecutus comprehendit et magnis catenarum ponderibus pedibus colloque circumdatis reclusit in domum subterraneam, quam ipse ad thesauros recondendos in loco abditissimo construxerat, imperans et dicens: comedat aurum et argentum, pro quo multos impie peremit et orbem terrarum delevit. Fecit etiam Syrois nefas omnibus seculis inauditum, divino sic disponente judicio. Nam mandavit satrapis[11], quibus noverat patrem præcipue perosum, eisque tradidit eum per quinque dies illudendum et conspuendum ac diversis injuriis afficiendum et sic demum sagittarum ictibus perimere jubet, occisis tamen prius ante ora patris quinque filiis. Et hic fuit finis hominis sacrilegi, templi Domini violatoris et ultra humanum modum elati. Nam legatis Heraclii, qui gratia pacis venerant, ita superbe respondit, aut videlicet christianos propriam religionem relicturos et secum solem adoraturos aut eorum regnum penitus destruendum; sed reddidit Deus in caput blasphemi propriam contumaciam. Licet itaque Cosdroe pro suis sceleribus dignas expenderit poenas, tamen a prole ventris sui hoc passum execrabile et coram Deo et coram hominibus fuit.

[1] AK. evangelicum (!) S. [2] AK. Historia S. [3] AK. præfectæ (!) S. [4] AK. His S. [5] KA. fra [oversprunget S. [6] AS. K. indskyder eundem. [7] AK. Cosdroem S. [8] AK. dispensationi (!) S. [9] AK. promogenitus (!) S. [10] AS. mgl. K. [11] AKS. A. sætter over Linjen as (ↄ: satrapas).

Nonne etiam infelix ambitio impulit[1] Domitianum, hominem scelestissimum et quodammodo alterum Neronem, insidiari sanguini fratris sui Titi? Hic Titus præ suavitate morum et inolita bonitate dictus est delitiæ humani generis, et cum quodam die advesperascente reminisceretur se nemini quicquam eo die beneficii impendisse[2], eo quod nullus postulasset, dixisse fertur ad commilitones suos: Hodie, inquit, diem perdidi, quia nulli aliquid emolumenti impendi. Fratrem vero Domitianum suavi eloquio demulcebat, rogans ne se foedaret fraterno sanguine, in brevi ei affuturum imperium: non decere eum cum tanto scelere illud comparare. Quod (proh dolor) nimis verum fuit, nam et Titus in imperio biennio tantum vixit et eidem Domitianus successit, qui etiam hoc suis sceleribus addidit, quod secundam a Nerone persecutionem in christianos movit. Iam vero nostra persequamur.

Cap. XXVII. Quod rex Magnus regnum Norwagiæ divisit cum patruo et de obitu ejusdem.

Magnus rex ut audivit Haraldum patruum suum et Sueinonem[3] in Norwagiam profectos[4] foedus contra se iniisse, e vestigio illos insecutus est. At illi audientes regis adventum, verentes occurrere illi[5], reversi sunt in Daciam. Considerans itaque rex Magnus se vix posse tueri utrumque regnum ab eorum infestatione, missa legatione revocavit avunculum[6] suum Haraldum, tradens ei dimidiam partem regni Norwagiæ, nihil in mutua reciprocatione poscens, præter quod regnum utrumque cum eo defensare deberet, ita tamen ut in regno Daciæ solus Magnus imperaret. Hæc concordia convenit inter nepotem et avunculum[6] in Uplond[7] ad stagnum in præsentia Grimkelli episcopi, Einars thambaskelmis[8] et aliorum multorum principum, qui omnimodo decreverant se nullo modo sub duobus regibus velle agere nisi pace confoederatis. Sciebant procul dubio[9] omne regnum in se divisum desolandum ideoque statuerunt certissime inter se illum

[1] AK. expulit (!) S. [2] AK. impendendisse S. [3] S. Sweinonem AK. [4] AK. profectus S. [5] S. ci AK. [6] AK., men i Randen: l. patruum. B bemærker: avunculus pro patruo. patruum S. [7] SK. Upland A. [8] rettet i K. Thambas Kelmis AS. [9] AK. udfaldt S.

vita privandum, qui nollet paci acquiescere. De hac dementia discordiæ exclamat Virgilius:

Iamdudum temerasse duces pia foedera pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
Confiteor scripsi, satis est meminisse malorum!

De eodem etiam Lucanus:

Imminet armorum rabies: ferrique potestas
Confundet jus omne manu scelerique nefando
Nomen erit virtus multosque exibit in annos
Hic furor.

Composita itaque pace inter avunculum et nepotem Magnus rex navigavit in Daciam et expulit ab ea Sueinonem, qui eam interim jam totam sibi subjugaverat; post cujus expulsionem uno tantum anno supervixit. Qui cum sentiret diem mortis imminere, misit fratrem[1] suum ex matre, Thore nomine, ad Sueinonem et reconsignavit ei regnum Daciæ, quia et ipsi jure heredetario debebatur. Iste Magnus filius beati Olavi martyris vir fuit bonitate conspicuus, lenitate præditus, in re militari strenuus, in rerum publicarum administratione miro callebat ingenio, unde et in congressionibus pæne semper victor extitit; morum suavitate et liberalitate subjectis omnibus gratissimus fuit. Hic Magnus regnavit annis undecim, ex quibus quinque utrique regno præfuit.

[1] SK. patrem (!) A.

2. Virgilius] „Sunt versus Probæ Falconiæ, quæ ita orditur" (AK). Prologen til Proba Faltonia's Virgiliocentones lyder nemlig:

Iamdudum temerasse duces pia foedera pacis
Regnandi miseros tenuit quos dira cupido,
Diversasque neces regum, crudelia bella,
Cognatasque acies, pollutos cæde parentum,
insignes clypeos diverso ex hoste tropæa,
Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos,
innumeris toties viduatur civibus urbes,
Confiteor, scripsi: satis est meminisse malorum.

6. Lucanus] Phars. I, 666—69.

14. uno anno] saaledes Ágrip, Fagrskinna og Snorre, men Morkinskinna (og Flat. III) har 2 Aar.

15. misit fratrem] cfr. Ágrip 64: Enn i sǫtt sinni gerþi hann Þori broþor sinn sammæþra til Sveins Ulfs sunar meþ þeim hǽtti at hann sagþi honum eigi andlat hans. sagþi heldr sva at hann hafþi honum gefit upp rikit o. s. v. Sml. ogsaa Snorre (Hskr. 568).

Cap. XXVIII. Quod idem Haraldus expeditionem in Angliam ducens in bello victus occubuit.

Post hunc regnavit Haraldus frater beati Olavi annis viginti, quorum decem et novem solus, unum cum nepote suo Magno. Hic fuit vir strenuus, in consilio providus, manu promptus, sui tenax, alieni cupidus, unde et plurima bella cum Sueinone gessit, ut ei auferret regnum Daciæ. Quod cum minus procederet, expeditionem paravit in Angliam hortatu Tosta[1] fratris Haraldi regis Angliæ; promisit namque ei dimidiam partem regni, si fratrem expelleret, quod sibi[2] non minus heredetario jure debebatur. Cumque venisset in Angliam una cum prædicto Tosta, subjecerunt sibi provinciam Northumbrorum. Haraldus rex Angliæ eo tempore profectus fuerat in Normanniam cognitoque adventu hostium[3] festinus remeavit in Angliam, collectoque innumerabili exercitu improvisus adfuit[4]. Adveniente illo maxima pars exerci-

[1] AS. Tostæ K. [2] AK si S. [3] AK. mgl. S. [4] S. affuit AK.

6. unde et plurima] afvigende fra Ágrip, der lader Angrebet udgaa fra Svein (!).

7. expeditionem] cfr. Ágrip 67—68: Enn þa er Haralðr hafþi xix uetr raþit fvrir Norege ǫllum sitz Magnus fell ífra. þa comr maþr af Englandi Tosti at nafnni. hann var iarl oc broþer Haralds Goþina sonar þess er þa ręþ fvr Englandi. oc iamborinn til landz uiþ Harald oc þo ǫllo svipþr. oc beiþisc liþueitzlo af Haraldi oc het honum hǫlfo Englandi ef hann fengi unnit. oc Haraldr helt þangat her meþ honum oc unnu þeir alt Norþimbra land. En Englandz konungr uar þa i Normandie oc þegar er hann spvrr þa scvndar hann aftr meþ her oc com þa sva á ouart at liþ þeira uar flest a scipom. (enn þeir vápn lǫser nalega er uppi uaro fvr utann hǫg uǫpn oc hlifþar vápn). þa snǫrosc þeir i eina fvlking aller. oc bloggosc uiþ. enn konungrenn sialfr sat a hesti oc reiþ meþan hann fvlcþi liþino. en hestrenn fell under honum oc varp honum af baki. enn konungrenn mælte er hann stoþ upp. sialdan for sva þa er vel vildi quað hann. oc sva var oc sem konungrenn sagþi at hann varþ eigi livgspar fvrir þvi at i þeim bardaga enom sama of dagen fell bæþi Haraldr konungr oc Tosti iarll oc mikit liþ meþ þeim.

13. in Normanniam] Forf. har forestillet sig, at Harald, som de efterfølgende engelske Konger, ogsaa herskede i Normandie, og forklarer sig Kongens Fraværelse ved et Ophold her.

tus Normannorum naves petierat, onusti præda; reliqui vero animo constanti quamvis pauci se ad bellum præparant. Sed quid faciant[1] pauci contra tot millia fortes? Ipse vero rex[2] Haraldus equo insidens, dum aciem ordinare curat, equo cadente in terram excussus dixisse fertur: raro, inquit, tale signum portendit victoriam; nec eum fefellit sinistrum omen, nam in eodem bello ipse occubuit. Toste[3] etiam frater Haraldi regis Angliæ, qui eum illuc adduxerat, ibidem occisus est totusque exercitus pæne deletus est. Factum est hoc bellum [anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo sexto[4], apparente[5] cometa rutilantibus comis per aliquot dies et præfigurante hanc cladem Anglorum, quæ ilico subsecuta est.

Iste[6] Haraldus in adolescentia sua multa strenue gesserat, subvertendo plurimas[7] civitates paganorum magnasque pecunias auferendo, in Ruscia[8], in Æthiopia, quam nos materna lingua Blaland[9] vocamus; inde Hierosolymam profectus est, ubique famosus et victoriosus. Postea peragrata Sicilia magnaque pecunia ab[10] id locorum extorta venit Constantinopolin[11] ibique apud imperatorem[12] accusatus, inflicta eidem imperatori satis[13] probrosa ignominia, inopinabili fuga elapsus[14] est.

Cap. XXIX. De Olavo filio ejus.

Interfecto itaque Haraldo eodem in Anglia regressus est filius ejus Olavus cum reliquo exercitu in Norwagiam. Idem

[1] S. facient AK. [2] AS. strøget K. [3] AS. Tosta K. [4] AK. ab i. D. m. s. s. anno S. [5] AK. apparenta S. [6] AK. Ipse S. [7] AK. plurima S. [8] AK. Russia S. [9] ABK. Blaaland S. [10] AS. mgl. K. [11] AK. —im S. [12] AK. S. tilføier est. [13] SK. fatis A. [14] AK. illapsus S.

9. hoc bellum] sml. Henry of Huntingdon (Mon. Br. I, 763): Et facta est mutatio dextræ Excelsi, quam cometa ingens in exordio ejusdem anni designaverat, unde dictum est:

Anno milleno sexageno quoque seno
Anglorum metæ flammas sensere cometæ.

Verset findes ogsaa hos Roger de Hoveden (ed. Stubbs I, 111), som istf. flammas har crinem.

13. Iste Haraldus]. Denne Beretning om Haralds Bedrifter udenlands stemmer ganske med Skaldevers (Bölverk, Stuv, Thjodolv), uden at noget af de senere Sagn er indblandede (Munch, Saml. Afh. I, 505—54).

vero Olavus fratrem habuit, Magnum nomine; hic præfuit uno anno solus, dum frater[1] ejus moraretur in prædicta expeditione ad Angliam. Deinde Magnus paucis supervixit annis, relicto uno filio Hacon nomine, quem suscepit nutriendum vir probus et inter suos primo loco natus, Steigarthorer[2] nomine. Post hoc[3] regnavit Olavus viginti septem annis, vir Deo et hominibus carus, paci per omnia et quieti temporum[4] studens, sua cuique permittens, improborum nequitiam solo imperio coercens. Iste construxit basilicam in honorem sanctæ trinitatis in Nidrosiensi metropoli, ubi nunc requiescit corpus beati Olavi martyris, sicut et pater ejus Haraldus ecclesiam beatæ Mariæ semper virginis in eadem civitate construxerat, ut hactenus cernitur. Nec facile dixerim, aliquem regum Norwagiensium feliciori usum imperio a tempore Haraldi bene-comati usque ad præsens. Hic obiit in

[1] AK. fratrem S. [2] rettet (cfr. Cap. 31). Stegarthorer ASBK. [3] AK. hæc S. [4] AK. tempore S.

1. Magnum] cfr. Ágrip 70 – 71: Enn þa xII manaþr er Haraldr uar vestr oc þeir feþgar þa reþ svnr hans fvrir Noregi meþan sa Ma/gnus het enn friþasti maþr. oc scipta þeir brøþr oc Olafr nu riki sinn a miþal. enn vávno sciotara II uetrum siþarr fell Ma/gnus afra oc atti son efter þanner Hocon hét oc var sa fenginn Steigarþori til fa/strs. en Olafr réþ ein fvr Noregi IIII vetr oc xx siþan oc uar um enkis konungs æfi efter Harald harfagra Noregr i slicri farsælo sem um hans daga. oc scipaþi hann morgom þeim mǫlom til uægþar er Haraldr hafþi meþ freco reist oc haldit (han uar mildr af gulli oc af silfri oc goþom gripom oc gersimum. enn fastaldr á iorþom. á/lli uit hans þvi oç hitt at hann sa at konungdǫminum gegndi oc ero morg hans uerc goþ at inna). han gerþi upp steinkirkio at bvscops stolenom i Niþarosi vfir licam enns helga Olafs frænda sins oc bio hana til lvcþa.

5. Post hoc] urigtigt, hvis ikke Thj. har ment „efter Haralds Død.“

14. Hic obiit] cfr. Ágrip 72: En þa er hann hafþi raþit Noregi VI netroc xx meþ þeim enom frysta er hann uar uestr efter fall Haralz er Ma/gnus broþer hans uar í Norege. þa svcþesc hann a ba/ þeim er heiter Haúcbá/r austr á Ranríki þar sem hann toc uęítlo. oc andaþesc þar. oc uar licamr hans flutr norþr í Niþará/s oc uar iarþaþr í kirkio þeiri er hann hafþi latit gera.

Wic, sepultus vero fertur in prædicta ecclesia Nidrosiensi, quam ipse construxerat.

Cap. XXX. De Magno berfort[1] et mentio de prodigiis, quæ præcesserunt mortem Caroli.

Huic successit Magnus filius ejus ex concubina natus, cujus cognomen n u d i p e s. Hic regnavit annis decem, quorum unum simul cum filio avunculi sui, Hacon. Hic Hacon, juvenis bonæ indolis, tributa eatenus injuste imposita a cervice comprovincialium abstulisse laudatur; postea immatura morte ex hac luce subtractus Magno avunculo suo reliquit regnum, qui præfuit postea annis novem. Hic Magnus patri multum dissimilis moribus, avo suo Haraldo magis fuit conformis[2]. Et quia paulo superius fecimus mentionem, eundem Haraldum de equo corruisse et in illo casu mortem ejus præfiguratam fuisse, libet paucis absolvere, quæ prodigia præcesserint casum[3] victoriosissimi et inter præcipuos viros præstantissimi viri Caroli magni. Primum prodigium fuit pons Magontiæ, ultra Rhenum firmiter constructus, ita ut perpetuo durare putaretur, per octo[4] annos fabricatus: cumque jam esset consummatus, contracta nube super pontem eo ipso die fulmen emicuit totumque combussit, ita ut nec hastula quidem super aquam remaneret. Secundum fuit porticus ingens Aquisgrani inter basilicam et palatium, quæ cum ipse imperator die dominica superiorem ecclesiam vellet intrare, ante pedes ejus tota usque ad terram collapsa est. Tertium fuit nomen ipsius

[1] ASK. [2] AS. confirmis (!) K. [3] AS. occasum K. [4] AS. K tilføier i Texten (A i Randen): (Sigibertus per decem).

3. berfort] er Skrivfeil for berfotr eller rettere berfǫttr; i Texten kaldes han n u ḍ i p e s.

5. Huic] cfr. Ágrip 72—73: Enn her efter stigr Magnus berbeinn (berleggr) sunr hans til rikis. hann var þa nalega tvitvgr er hann toc konungs nafn efter foþor sinn. oc Hocon frændi hans annarr er Steigarþorir hafþi at faþa sem sagþe fvrr. hann var uel halfþritogr þa. oc uáro einn vetr baþir (Resten efter en afvigende Kilde).

11. Hic Magnus] cfr. Ágrip 79: oc var maþr herscár oc rasor oc starfsamr oc lícare í allo Haraldi foþorfeþr sinom i scaplvndi heldr enn foþor sinom.

principis aureis literis in summitate maceriæ conscriptum adeo magnis, ut in pavimento quis stans facillime legere posset; quod ultimo ætatis suæ anno ita deletum[1] fuit, ut nullo modo legi posset. Quartum fuit signum præfigurans mortem ipsius, quod cum equitaret sereno die ferens lanceam manu, fulgur cecidit ante pedes equi, una cum rege ipsum dejiciens, lancea quoque de manu ejus longe projecta est, cinguli rupti, imperator tamen sine læsione permansit. Hoc contigit in ultima expeditione sua, quam habuit contra Hemmingum regem Daciæ, qui superbe locutus fuerat contra majestatem ejus imperialem transiens per mediam Saxoniam, quam in annis triginta jugiter rebellantem multo sudore et infatigabili instantia vix suavi jugo Christi inclinavit. Ter namque episcopos ac presbyteros ad se missos crudeliter necaverunt; tandem ergo clementissimus imperator pertæsus malitiæ eorum misit et fecit interimi omnes, quotquot gladio ejus altiores essent utriusque sexus progenitores. Tum[2] vero solis pueris remanentibus fecit eis ordinari episcopos et presbyteros, qui illos docerent viam salutis æternæ, et sic, quo semel imbuta recens fuit, servavit[3] odorem testa diu. Hemmingus tamen audito adventu imperatoris supplex obviam processit et veniam promeruit. Licet itaque Carolus certissime cognosceret, hæc signa suam[4] quodammodo proloqui mortem, tamen constantia virili et magnitudine animi cuncta dissimulaverat; invictæ enim virtutis in ipso insigne emicuit, qua animi præstantia non minus prospera quam adversa calcavit. Et ne aliquod virtutis vestigium sublimitatem ejus præteriret, in parandis amicitiis et retinendis pæne cunctos mortales anteibat; nam et amicos facile admittebat et diligentissime colebat. Redeamus ad nostra.

Cap. XXXI. De gestis ejusdem Magni.

Mortuo itaque Hacon filio Magni fratris Olavi Steigar[5]-Thorer, qui eum nutrierat, dolens Magno totum regnum Norwagiæ subjici,

[1] SK. delectum A. [2] K. tu AS. [3] AK. servabit S. [4] AK. sua S. [5] ASB. Steiger K.

18. quo semel] sml. Horatii Epp. I, 2, 69—70:
Qvo semel est imbuta recens, servabit odorem
testa diu.

30. mortuo] cfr. Ágrip 76: Enn efter frafall Hoconar þa matti Þórir eigi viqua scapi sino til Mognus er þa toc uiþ riki. oc

levavit quendam Sueinonem filium Haraldi cujusdam ψeudoregem[1] adversus eum, sicut mos est Norwagiensibus. Quo comperto Magnus ilico fugientem insecutus comprehendit eum in parva quadam insula in provincia quadam Hologaland[2], nomen insulæ Wambar-holmr ibique ei vitam laqueo extorsit cum quodam alio principe, nomine Eigil, viro probo et valde eloquente; prædictus vero Sueino evasit. Post hoc Magnus expeditionem paravit in Gautiam volens ibi repetere tres provincias, quarum ista sunt nomina Dalr, Hofuth, Wear. Has[3] dixit antiquitus fuisse regum Norwagiensium, ablatas vero violentia regum Gautorum ideoque se velle armis repetere, si aliter non daretur optio, juxta illud Lucani:

arma tenenti
omnia dat.

Et in illa quidem prima expeditione parum profecit. In secunda vero bellum quidem gessit, sed victus refugit solus, uno tantum comite persequente, Augmundi filio Scopta. Interea vero pax convenit beneficio Ingonis regis Gautorum filii Steinkels[4],

[1] S. Pseudoregem AK. [2] ASK. Hologalant B. [3] AS. Hac K. [4] rettet. Strinckels AB. Strinkels S.

reisti upp man þann er Sveinn uar callaþr sunr Haralz flettis fyr ofmetnaþar sacar (Resten efter en afvigende Kilde).

5. Wambar-holmr] cfr. Ágrip 78: hann sialfr siþan hengþr i holmi þeim er Vambar holmr heiter. Ágrip har saaledes undgaaet Thj.s Feil at lade Thore fanges paa den samme Ø, hvor han blev hængt.

6. Eigil] cfr. Ágrip 78: Enn Eigill Ascels sunr a Forlandi enn vascasti maþr var oc þar drepinn oc hengþr med þori.

7. Post hoc] cfr. Ágrip 79: Magnus for margar herfarar oc fec þat fyrst til acalz a Gáutland austr at hann quað Dal oc Vear oc Varþynniar meþ rétto eiga at ligia til Noregs. quaþ sina forella haft hafa forþom (Resten efter afvigende Kilde, der gjør Magnus til Seirherre).

12. Lucani] Phars. I, 348—49:
vilibus utendum est quas fecimus arma tenenti
omnia dat qui justa negat neque numina deerunt.

16. refugit solus] cfr. Snorre (Hskr. 652—53).

18. pax convenit] cfr. Ágrip 80: En siþan var mali snúit

viri probissimi, qui etiam filiam suam ei in matrimonio junxit Margaretam, tradens ei prædictas provincias dotis nomine. Fuerunt tunc in exercitu Magni plures nobiles viri, inter quos palmam tenebat non minus probitatis quam nobilitatis Siwardus ulstrengr[1], qui postea ædificavit coenobium nobile in honore beati Benedicti nec non et pretiosissimi et invictissimi martyris Christi Laurentii in parvissima quadam insula, quæ adjacet metropoli Nidrosiensi. Deinde profectus est Magnus ad Orcadas, insulas regni sui, homo inquietus, alienis inhians, propria parvipendens. Scotiam et Cornubiam, quam nos Bretland vocamus, rapinis infestavit[2] piraticam exercens ibique tunc Hugonem Cornubiæ comitem resistentem sibi, cognomento grossum, interfecit. Fuit tunc cum eo Erlendus comes Orcadum[3] una cum optima prole sua Magno,

[1] AK. Ulstrenger SB. [2] ABK. infectavit S. [3] rettet i K. Orcadarum AS.

til sættar oc toc Mꜹgnus konungr Margreto dottor Inga konungs oc þessar eigner meþ er hann callaþi aþr til. I þessi herfor voro meþ Mꜹgnusi konungi Avgmundr Scopta sunr (Sigurþr Sigurþar sunr) oc Sigurþr ulstrengr oc marger aþrer.

5. coenobium] cfr. Jóns saga helga eptir Gunnlaug munk (Bisk. sögur I, 226): „Er þat mörgum mönnum kunnikt at Sigurðr ullstrengr hefir þegit af Magnusi konungi hólminn ok fyrstr manna fyndi at gera sagt klaustr ok gefit þar til fóðrleifð ok margar aðrar stórlendur; en svá trúist vera til komit, sem nú var sagt“, nl. at Jon den hellige skulde have paalagt Sigurd dette i Bod; men dette Sagn findes ikke i den ældre Jónssaga (Bp.sögur I, 157).

8. Deinde] cfr. Ágrip 81: En efter þetta leitar konungrenn Mꜹgnus í Ǫrkan-ayiar meþ liþi. voro þa meþ honum þessir hꜹfþingiar. Dagr faþer Gregoris. Uitcuþr Ioanssunr Vlfr Rana sunr broþer Sigurþar foþor Nicholaus oc marger aþrer storir hꜹfþingiar. Tecr hann í Ǫrknnayiom siþan iarlenn Erlend meþ ser oc Mꜹgnus svn hans ottian uetra gamlan er nu er heilagr. Lagþisc ut siþan i hernaþ fvr Scotland oc fvr Bretland oc drap í þeirri iarl þann er Hugi het enn digri (Resten efter en afvigende Kilde).

10. Bretland] er Wales, ikke Cornubia (Cornwall).

12. Hugo Grossus] den Jarl, der faldt i Kampen ved Anglesea, var Hugo af Montgomery, Jarl af Shrewsbury (William af Malmesbury p. 506. Orderic IV, 31), medens Hugo den Digre af Chester døde 1101 (Brut y Tywysogion p. 67); de vidtløftige Sagaer har det rigtige.

bonæ indolis adolescente decem et octo annorum; qui quanti apud Deum sit meriti, crebra testantur miracula. Fuerunt et alii multi, Dagr pater Gregorii, Withcuthr[1] filius Johannis, Ulfr filius[2] Rana — frater Siwardi patris Nicolai, quem Oustein infelix tyrannus occidit in Nidrosiensi metropoli — et plures alii.

Cap. XXXII. De morte ejusdem Magni et filii ejus.

Onustis itaque navibus plurima præda rex Magnus in Norwagiam revertitur. Paucis deinde interpositis annis iterum classem parat[3], solita mentis inquietudine Hyberniam[4] repetiit spe subjiciendi sibi totam insulam. Cumque sibi partem aliquam insulæ subjugasset, sperans ex facili reliquam posse subjici, incautius exercitum ducere coepit, eodem modo deceptus, quo et avus ejus Haraldus in Anglia. Hybernienses[5] vero collecta omni multitudine, parati pro patria mori, reditum ad naves intercipiunt, hostes strenue invadunt, regem Magnum prosternunt. Pars exercitus cum illo occubuit, ceteri utcunque ad naves remeant[6].

Magnus reliquit tres filios, Augustinum, Siwardum et Ola-

[1] rettet. Witheuthr ASK. [2] tilføiet. mgl. ASKB. [3] AṢ. paravit et K. [4] A. Hiberniam KS. [5] A. Hibernenses S. Hibernienses K. [6] AS. remeaverunt K.

4. Oustein] cfr. Snorre (Hskr. 809) og Fagrskinna 276.

7. onustis] cfr. Ágrip 81—82: Vendi heim or þessi herfor meþ hlaþnom scipom gvlz oc silfrs oc gerssima. En fom uetrvm siþar gorþisc hann vestr til Irlandz meþ scipa stoll oc ferr meþ miclo liþi. oc ætlar at uinna landit oc van necquernn lvt i fvrstvnni. dirfþisc hann af þvi oc gerþisc siþan ovarare meþ þvi at i fvrstu gec honum meþ uildum. sem Haraldr foþorfeþr hans er hann fell a Englandi. drago han til liflatz oc in samo svik þviat Irir samnoþo amot Magnusi konungi ouigiom her meþ lavnd (Resten efter afvigende Kilde).

17. Magnus reliquit] cfr. Ágrip 84: Enn efter Magnus þa stiga til rikis svnir hans þrir Austeinn oc Sigurþr oc Olafr. (aller goþer menn oc listuliger. roer menn hagsamer oc friþsamer. oc er mart gott oc dvrlict fra þeim at segia.) Var Olafr þo of litla riþ viþ frestat þviat hann lifþi eigi lengr enn tolf uetr efter frafall foþor sins. andaþesc í oaupangi sæytian uetra gamal. oc uar iarþaþr i kriokirkio oc harmaþo aller menn hans frafall". Det er derfor troligt, at efter *tertio* er udfaldt *decimo*, thi Olav døde i det 13de Aar efter Faderens Død (22de Dec. 1115).

vum. Pergens in Hyberniam[1] Siwardum suum duxerat ad Orcadas[2]. Mortuo patre reversus est in Norwagiam et una cum fratribus in regnum sublimatus est. Olavus tertio anno post patris obitum immatura morte præventus ex hac luce subtractus est planxitque eum omnis Norwagia eo, quod pro morum elegantia et suavitate eloquii cunctis gratus extiterat. Post ejus obitum duo fratres regnum inter se diviserunt. Postquam vero Augustinus tenuerat regnum annis viginti, rebus humanis decessit[3], tenuitque frater ejus Siwardus solus totam Norwagiam annis septem. Augustinus extitit probitate conspicuus, moderatione et prudentia non minus se ipsum quam subjectos regens[4], rex pacificus, rerum publicarum diligens administrator, christianæ religionis adprime cultor, unde et coenobium in honore sancti Michaelis archangeli juxta Bergensem civitatem, sicut hactenus cernitur, construxit. Ædificia etiam regno perutilia plurimis in locis ædificavit, ut palatium Bergis venusti operis, licet ligneum, quod modo præ nimia vetustate pæne collapsum est, portum etiam in loco, qui dicitur Agthanes, navigantibus valde utilem, imitatus in hoc Augustum Cæsarem, qui portum[5] Brundusii pæne toto mundo profuturum construxit. Idem etiam Augustus publicas vias per loca prius invia et paludosa miris sumptibus ad utilitatem totius

[1] A. Hiberniam KS. [2] S. Orcades AK. [3] AK. discessit S. [4] S. A har agens, men i Randen rettes til: regens, hvilket K sætter ind i Texten i Parenthes efter agens. [5] SK. portam A.

7. Augustinus]. Det tilsvarende Stykke i Ágrip er tabt, men er benyttet i de vidtløftige Kongesagaer (se de følgende Noter).

8. annis viginti] saaledes maa ogsaa have staaet i Lakunen i Ágrip, thi Snorre har „Eysteinn var konungr 20 vetr at Noregi“ (Hskr. 684). Eystein er altsaa død 29de Aug. 1123 (ikke 1122).

13. coenobium] cfr. Morkinskinna 166[11]: hann let reisa Michals kirki í Norþnesi oc gaf þar fe til mvnkaklaustrs. oc er þat eitt hit vegligasta steinmusteri.

16. palatium] cfr. Mork. 166[9]: hann let gera hollina miclo i Biorgyn er mest oc fręgst herbergi hefir verit i Noregi af tre gort.

17. portum] cfr. Mork. 166[13]: Eysteinn konungr let gera virkit viþ Agþanes oc hofn; cfr. ogsaa Snorre (Hskr. 671): hann lét ok gera kirkju á Agðanesi ok þar virki ok höfn er áðr var øræfi.

regni æterni præcepit. In qua etiam publica strata tam pacata voluit [esse omnia[1] ob[2] honorem imperatoris, ut si quis in ea deprehenderetur fur seu homicida vel maleficus, nullam penitus læsionem, quamdiu ibi moraretur, pateretur. Quod ita fuisse institutum ex antiquorum scriptis satis probatum est.

Cap. XXXIII. De rege Siwardo et gestis ejus.

Inter multa, quæ Siwardus rex egregie gessit, illud præcipue laudibus celebratur, quod Hierosolymam cum classe profectus est septimo, posteaquam[3] illa civitas a tyrannide Persarum Dei misericordia erepta est, anno. In illo itinere multas civitates paganorum laudatur solo prostrasse: inter quas et Sidonem urbem famosissimam Phoenicis[4] provinciæ paganis abstulit, christianis

[1] AK. omnia esse S. [2] SK. ab A. [3] AK. postequam S [4] AS. Phoenices K.

1. stratum] der ellers betyder Sengetæppe, Hestedækken, Brolægning, er her ligesom hos Gervasius af Tilbury i „Otia imperialia“ (cfr. Radulphi de Coggeshall Chronicon Anglicanum ed. Stevenson p. 429) = strata ɔ: „via publica.“

9. septimo—anno] altsaa, da Jerusalem erobredes 15de Juli 1099, i 1106; hermed stemmer, at efter Mork. 156 Sigurd drog fra Landet „III vetrom eptir andlat foþor sins“, og efter Fagrskinna 242 „þá er þessir þrir konungar höfðu stýrt landinu þrjá vetr“; derimod har Ágrip (85) „fiorum vetrum efter frafall Magnus foþor sins“, og Snorre (Hskr. 662): „fjórum vetrum eptir fall Magnús konungs fór Sigurðr konungr or Noregi“ samt Ann. reg.: 1107 Sigvrðr konvngr fór ór landi til Jórsala. Begge Angivelser er vistnok urigtige, thi de engelske Annales Radingenses (Liebermann, Anglo-normannische Geschichtsquellen) siger ved 1108: Sivurdus rex venit [in Angliam], hvilket stemmer med, at ifølge Korstogshistorikeren Albertus Aquensis Sigurd havde været to Aar paa Veien til det hellige Land (1108—1110: per biennium in circuitu spatiosi maris a regno suo enavigans).

restituit; caveam etiam quandam in cujusdam montis latere, latronibus plenissimam totam regionem infestantibus, non minus ingenio quam viribus cepit[1] patriamque ab illorum latrocinio liberavit. Multis igitur[2] strenue gestis plurimisque a rege Balduwino honoratus donariis, inter quæ præcipuum et merito ceteris anteponendum fuit portio ligni crucis dominicæ, rediit itaque[3] Siwardus de eadem expeditione cum ingenti gloria, vivente adhuc Augustino fratre suo. Siwardus inter optimos principes tunc merito numerandus, postmodum vero inter mediocres, dicentibus quibusdam sensum illi fuisse immutatum propter potionem cujusdam[4] noxiæ confectionis. Sed qui[5] hoc affirmant viderint ipsi, quid dicant; nos ista in medio relinquimus.

Cap. XXXIV. De Haraldo Hyberniensi[6].

Hac tempestate venit Haraldus quidam de Scotia ad Siwardum regem, dicens se esse fratrem ejus, filium scilicet Magni

[1] rettet i K. coepit AS. [2] S. itaque AK. [3] AS. strøget K. [4] SK. ejusdem A. [5] AK. quid S. [6] A. Hiberniensi SK.

3. Sidonem urbem—liberavit] Ágrip (87) gjengiver dette kortelig: sigr vann hann a necquerom borgom heiþnom (med Tillægget: oc het til toco einnar þeirrar at fella af quiotǫto a þvatdegi i Norege). Ogsaa Mork. (187[5]) omtaler Sidon, medens ellers Sagaerne kalder Sidon Sætt (efter Einar Skulessøns Vers, se Fagrsk. 161, Hskr. 668); og fra Skaldeversene har disse hentet Oplysningen, at Røvernes Hule, som efter Thj.s Fremstilling synes at maatte søges i det hellige Land, laa paa Formentera (Mork. 161, Fagrsk. 243, Hskr. 665).

6. portio ligni crucis] sml. Ágrip 86–87.

10. potionem] Aarsagen til Sigurds Sygdom omtales kun hos Snorre (Hskr. 683—84), men der anderledes.

11. confectio] Medikament (midd. lat.).

14. Hac tempestate] cfr. Ágrip 90: Enn efter þetta þá sáker sa maþr uestan af Írlandi er Haraldr hét Gillicrist oc callaþesc sunr Magnus oc broþer Sigurþar. bavþ til þess sannor oc konungrin þecþisc meírr meþ einnuilia sinom en meþ uitra manna raþi. oc traþ Haraldr IX plág iornn sindrandi oc uarþ scírr (Resten afvigende Kilde); i Mork. og Fagrsk. siges Jernenes Antal at være 7.

14. de Scotia]. Medens Overskriften kalder Harald „Hyber-

regis cognomento nudipedis[1], petens obnixe ut sibi liceret secundum leges patriæ comprobare quod dicebat. Siwardus vero rex severius æquo, ut quibusdam visum est, jussit eum calcare novem ignitos vomeres contra ecclesiasticam censuram; sed ut creditur divinitus adjutus[2] inustus[3] apparuit.

Paucis exinde annis rex Siwardus hominem exuit. Nos quoque hujus schedulæ hic finem facimus, indignum valde judicantes memoriæ posterorum tradere scelera, homicidia, perjuria, parricidia, sanctorum locorum contaminationes, Dei contemptum, non minus religiosorum deprædationes[4] quam totius plebis, mulierum captivationes et ceteras abominationes, quas longum est enumerare. Quæ ita exuberaverunt quasi in unam sentinam post mortem prædicti regis Siwardi, ita ut nostram gentem specialiter videatur notasse satyricus[5], cum diceret:

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne nefas, fugere pudor verumque fidesque,
In quorum subiere locum fraudesque dolique
Insidiæque et vis et amor sceleratus[6] habendi.

Celanda etiam esse crimina propriæ gentis Lucanus admonet, cum dicit:

Hanc fuge, mens, partem belli tenebrisque relinque
Nullaque tantorum discat me vate malorum
Quam multum liceat bellis civilibus ætas,

et alio loco:

Quicquid in hac acie gessisti, Roma, tacebo.

[1] SK. nudipidis A. [2] AS. abjutus K. [3] AK. injustus (!) S. [4] S. K. depræhendationes A. [5] AK. Satiricus S. [6] AK. sceleratur S.

niensis" (ligesom Saxo p. 786. 894, cfr. p. 652), siges han i Texten at være kommen „de Scotia"; med Texten stemmer nogle Sagaer, der lader ham og hans Moder opholde sig paa Suderøerne (se Flat. II, 440, Morkinsk. 192); derimod følger Fagrskinna Ágrip i at lade ham komme fra Irland (Fagrsk. 250), og Snorre kombinerer begge Fremstillinger (Hskr. 692).

14. satyricus] Ovidius, Metam. I. v. 128—31 (Suhm)

19. Lucanus] Phars. VII, v. 552—54 (Suhm).

24. alio loco] ibidem v. 556 (Suhm), med kun én Linjes Mellemrum:

Ah potius pereant lacrymæ, pereantque querelæ.

Pauca hæc de antecessoribus nostris rudi licet stylo[1], ut potui, perstrinxi, non visa sed audita retractans. Quapropter si quis dignatus fuerit hæc legere, cui forte displicuerit seriem rerum gestarum sic me ordinasse, quæso ne me mendacii arguat, quia aliena relatione didici quod scripsi. Et sciat pro certo me istarum rerum relatorem alium potius voluisse quam me; quod quia hactenus non contigit, me malui[2] quam neminem.

Explicit historia Theodrici[3] monachi
de antiquitate regum Norwagiensium.

[1] A. stilo SK. [2] SK. malus A. [3] rettet efter Side 3. Theoderici AK. Theodorici S.

II.

HISTORIA NORWEGIÆ.

*Pr*ologus incipit.

. . . . . tus in Philostrato[1] suo laudans amic*iti*am, cum de ceteris vitæ bonis ageret, inter *v*eros amicos nihil fere difficile fore me*m*init. Hujus igitur tanti philosophi satis pro*b*abili sententiæ nequaquam contraire[2] ausus — tan*tæ enim*[3] *s*agacitati me in omnibus imparem et ad ta*le et tam g*rave onus me imbecillem [novi — debite[4] honestissimis[5] *adhortati*onibus utpote viri peroptimi satisfaciens, ne *ingratu*s[6] crebrorum munerum beneficiis existam, ad quod *posc*or[7] volens nolens aggredi tentabo. Est enim *mihi*[8] imperito gravis sarcina situm latissimæ regionis *ci*rcumquaque describere[9] ejusque rectorum[10] genealogiam[11] retexere et adventum christianitatis simul et paganismi fugam ac utriusque statum exponere. Quod negotium — nimio sudore plenum, florente mente excogitatum meæque imperitiæ injunctum[12], sed hucusque latino eloquio intentatum — quam sit onerosum et ob invidos quam sit periculosum, ipse op-

[1] philistratu Cd. [2] saa Cd., ikke contrarie, som M. læste. [3] tā . . . . Cd. [4] non debite. Cd. [5] saa Cd., ikke honestissime, som M. læste. [6] udfyldt af B. [7] B foreslaar provocor. [8] udfyldt af Gj. [9] M. discribere Cd. [10] M. regtorum Cd. [11] genealogia Cd. (ikke —am, som M. læste). [12] B. īmētum Cd. (M. rettede til immensum).

1. . . . tus] Foran disse er kun Plads til 2 à 4 Bogstaver og en stor Initial (A, R el. lign.), som har strakt sig over 5 Linjer, se Tillægget. „Quinam autor hic laudetur, indagare non potuimus." M.

4. Hujus—tentabo] Meningen: Da jeg ikke vover at opponere mod en rigtig Udtalelse af en saa stor Filosof — thi jeg ved mig en saa stor Skarpsindighed i alt underlegen og udygtig til et saadant og saa vanskeligt Arbeide (som at kritisere den) — saa tilfredsstiller jeg, som det sømmer sig, de hædrende Opfordringer af en udmærket Mand og vil, for ikke at være utaknemlig for talrige Velgjerninger, gaa til det Arbeide, hvortil jeg opfordres.

13. florente mente excogitatum] „udtænkt med overlegen Forstand" (om Planen for Arbeidet). B.

time nosti; obsecundo tamen nostris amminiculis fretus, illorum edacem livorem postponendo, si quid nostra refert, [quod vos[1] posteri hæc mei laboris emolumenta habebitis; qua in re si quid indocta parentis forisfecit procacitas, clemens mandantis remittat caritas. Tu igitur, o Agnelle[2], jure didascalico mi prælate, utcunque alii ferant hæc mea scripta legentes non rhetorico lepore polita, immo scrupulosis barbarismis implicita, gratanter ut decet amicum accipito. Neque enim laudis avidus ut chronographus existo neque vituperii stimulos ut falsidicus exhorreo[3], cum nihil a me de vetustatis serie novum vel inauditum assumpserim, sed in omnibus seniorum assertiones secutus. Si quid vero nostris temporibus memoria dignum accidisse repperi, hoc ipsum[4] addidi, quoniam multorum magnificentias cum suis auctoribus ob scriptorum inopiam a memoria modernorum quotidie elabi perspexi.

[1] Gj. quos Cd. [2] M. angnelle (kan ogsaa læses anguelle) Cd. [3] M. exorreo Cd. (den sidste r er saa aaben, at den ligner v) [4] B formoder ipse.

1. obsecundo] „jeg adlyder, stolende paa de Hjælpekilder, jeg har, idet jeg tilsidesætter Hensynet til Misundelsen, forsaavidt jeg overhovedet lægger nogen Vægt paa denne,“ B. Henførelsen af „si quid n. r.“ til det foregaaende skyldes Gjessing.

4. parentis] „af den, som adlyder.“ B.

4. forisfecit] „d. e. offendit, nocuit (midd. lat.).“ B.

4. procacitas] „d. e. Ubeskedenhed i at have paataget sig et Arbeide, som man ikke er voxen.“ B.

Incipit liber primus in historia N*orwegiæ*.

Norwegia igitur a quodam re*ge*, *qui Nor* nuncupatus est, nomen obtinue*rat*[1]. *Est autem* Norwegia regio vastissima sed *maxima ex* parte inhabitabilis præ nimietate mon*tium et* nemorum ac frigorum. Quæ in oriente *a* . . . . . . magno flumine incipit, versus occidentem v*ero vergit* et sic circumflexo fine per aquilonem regyrat. Es*t terra* nimis sinuosa[2], innumera protendens promontoria, III *habita*bilibus zonis per longum cincta: prima, quæ maxim*a et* maritima est; secunda mediterranea, quæ et montana *dicitur*; tertia silvestris, quæ Finnis inhabitatur, sed non aratur. Circumsepta quidem ex occasu et aquilone

[1] Den sidste Bogstav efter obtinu ser mer nd som e end som i. Hvis i er det rette, bør det udfyldes obtinu*it* eller obtinu*isse dicitur*. [2] fumosa Cd.

2. Norwegia] cfr. Odd c. 15 (M): Sa konungr ræð fyrstr Norege er Nórr het. i suðr fra Norege er Danmavrk oc avstr Sviþioð en i vestr Englandzhaf. ok norþr Finmôrk. ok er lengz lanzins yr svðri oc i norðr. fra Gauttelfe svnnan ok norðr til Vegistafs. en breiddin or avstri ok i vestr fra Eiðaskoge til Englanz siofar.

3. regio vastissima] cfr. Adam IV, 30: Nortmannia propter asperitatem montium sive propter frigus intemperatum sterilissima est omnium regionum.

5. a . . . .] maaske ab Albia eller Albiæ? sml. Schol. 126 til Adam IV 21: Gothelba fluvius a Nordmannis Gothiam separat, magnitudine non impar isti Albiæ Saxonum, unde ille nomen sortitur. Ogsaa nedenfor skiller Forf. mellem „Albia" og den Elv, der flyder ud af Mjøsen og munder ud ved Sarpsborg. Dog er det ogsaa muligt, at Lacunen skal udfyldes af „Gautorum" eller „Gautelf".

6. incipit] cfr. Adam IV, 30: incipit autem ex prominentibus scopulis hujus freti quod Balticum appellari solet; deinde reflexo in aquilonem dorso, postquam frementis occeani marginem suo circuit ambitu, tandem Ripheis montibus limitem facit, ubi et lassus deficit orbis.

refluentis oceani, a meridie vero Daciam et Balticum mare habet, sed de sole Swethiam, Gautoniam, Angariam, Jamtoniam[1]. Quas nunc partes (deo gratias) gentes colunt christianæ. Versus vero septemtrionem gentes perplures paganismo (proh dolor) inservientes trans Norwegiam ab oriente extenduntur, scilicet Kiriali et Kwæni,

[1] Janitoniam Cd.

2. Swethiam] ordnet per chiasmum, saa at der menes (fra Syd til Nord): Gautonia, Swethia, Jamtonia, Angaria. Da Norge grænser til „Angaria", maa Forf. regne de svenske „Lapmarker" til det norske Finmarken, sml. Egilssaga c. 14: Finnmörk er stórliga víð. Gengr haf fyrir vestan ok þar af firðir stórir, svá ok fyrir norðan ok allt austr um; en fyrir sunnan er Noregr ok tekr mörkin náliga allt hit efra suðr svá sem Hálogaland hit ytra.

2. Angaria] latiniseret Form (= lat. angaria, Hoveritjeneste), svarende til *Angr, hvoraf Folkenavnet Angrmenn (sv. Angermæn, Helsingelagen, Konungsbalk 11) og Landsnavnet Angrmanna-land.

2. Jamtonia] skulde efter Sagaerne (Mork. 116, Hskr. 672) have hørt til Norge siden c. 1110; dog mærk, at Sturla Thordssøn siger om Jæmtland: „þat vann Sverrir konungr með sinu sverði undir Noregs konungs ríki (Fnm. S. IX, 248).

5. Kiriali &c.] „Kyriali, *Kyrjalar*, qui et *Karelar* nominabantur, sunt incolæ Kareliæ seu orientalis Finlandiæ partis. Kveni, et antea et hodie a Norvegis *Kvænar* appellati, antiquis temporibus accolæ erant intimi sinus Botnici ejusque partis Finlandiæ, quæ maxime septentrionem versus extenditur, ubi oppidum *Kajaneborg* ab iis nomen traxit; finnice enim Kainulaine vocantur, Kyriali autem Karjalaine." (M). Sml. Egilssaga c. 14: Austr frá Naumudal er Jamtaland ok þá Helsingjaland (ɔ: Ångermannaland), ok þá Kvenland, þá Finnland, þá Kirjálaland. Efter dette maatte altsaa „cornuti Finni" bo i Finnland og være = Hæmerne. Imidlertid er det sikkert nok, at her Sagn om Satyrer er overførte paa Finner, ligesom om Amazoner paa Kvænerne, se Nökkur blöð úr Hauksbók S. 28—29: „Heitir enn Quennland, þar ero oft orrostr miclar oc eigo þær sialfar iafnan bardaga — — — Er su þioð er Hornfinnar heita. þeim er horn niðrbiugt i enni oc ero mannetor" og S. 26 „Satiri heita þeir menn a Indialande er sua ero biugleitir at crocar ero a nefium þeim oc vex horn i enni oc ero føtr þeira vaxner likast geita fotum," hvortil Originalen findes i Isidors Origines

cornuti Finni ac utrique[1] Biarmones. Sed quæ gentes post istos habitent, nihil certum habemus. Quidam tamen nautæ cum de Glaciali insula ad Norwegiam remeare studuissent et a contrariis ventorum turbinibus in brumalem plagam propulsi essent[2], inter Viridenses et Biarmones tandem applicuerunt, ubi homines miræ magnitudinis et virginum terram (quæ gustu aquæ concipere dicuntur) se reperisse protestati sunt. Ab istis vero Viridis

[1] saa Cd., ikke utique som M. læste. [2] mgl. Cd.

XI, 3, 21: Satyri homines sunt aduncis naribus, in frontibus cornua habentes, et caprarum pedibus similes.

1. Biarmones] „Incolæ Bjarmoniæ, nor. *Bjarmaland*; ita a majoribus nostris tota illa borealis Russiæ pars appellabatur, quæ a populis tshudicis inhabitata erat, inde ab oceano glaciali et *Mari albo* usque ad interiores Russiæ partes, et a propria Russia seu principatu Novgorodensi per silvas leviaque juga (*wolok*) separabatur, quare etiam a Russis *Savolotzhie* (i. e. regio trans jugum) dictitabatur.“ M.

1. utrique Biarmones] sml. „utraque Lapponia“ (Saxo p. 241) og „Kvenlönd II“ (Grønl. hist. Mind. III, 220). Efter Saxo (p. 422) kommer Kong Gorm seilende først til Halogia, derpaa til et ubekjendt Land med bratte Strandbredder og saa til Biarmia ulterior; det ukjendte Land har altsaa været Biarmia citerior.

4. inter Viridenses et Biarmones] sml. Hauksbók (Grønl. hist. Mind. III, 216): Frá Bjarmalandi ganga lönd til óbygða of norðrætt, unz Grønland tekr við. Frá Grønalandi í suðr liggr Helluland, þá Markland, þaðan er eigi langt til Vínlands, er sumir menn ætla at ganga af Affrika. Sml. ogsaa Adam IV, 40, hvor Friserne nordenfor Island paa en Ø træffer „homines miræ altitudinis“, og Saxo S. 422, samt om Risaland i Orvarodds-saga (FaS. II, 516—20).

6. virginum terram] cfr. Adam IV, 19: Item circa hæc littora Baltici maris ferunt esse Amazonas, quod nunc terra feminarum dicitur. Eas aquæ gustu dicunt aliqui concipere.

7. Viridis terra] cfr. Adam IV, 36: Sunt autem plures aliæ in occeano insulæ, quarum non minima Gronland profundius in occeano sita contra montes Suediæ vel Riphea juga. Ad quam ferunt insulam a littore Nortmannorum vela pandi quinque aut septem diebus, quemadmodum ad Island. Homines ibi a salo cerulei, unde et regio illa nomen accepit; qui similem Islanis vitam agunt, excepto

terra congelatis scopulis dirimitur; quæ patria a Telensibus reperta et inhabitata oc fide catholica roborata terminus est ad occasum Europæ, fere contingens Africanas insulas, ubi inundant oceani refluenta. Trans Viridenses ad aquilonem quidam homunciones a venatoribus reperiuntur, quos Scrælinga appellant; qui dum vivi armis feriuntur, vulnera eorum absque cruore albescunt, mortuis vero vix cessat sanguis manare. Sed ferri metallo penitus carent, dentibus cetinis[1] pro missilibus, saxis acutis pro cultris utuntur.

Huc usque situm et circumstantias Norwegiæ ostendimus, nunc autem trifariam ejus habitationem exsequamur.

De tripartito incolatu Norwegiæ.

Zona itaque maritima Decapolis dici potest, nam x civitatibus inclyta est, IIII patrias complectens XXII[2] provinciarum ca-

[1] rettet af Munch, nF Hist. b 364. z etinis Cd. [2] rettet. XXX Cd.

quod crudeliores sunt, raptuque pyratico remigantibus infesti. Ad eos etiam sermo est nuper christianitatem pervolasse.

1. Telensibus] „i. e. ab Islandensibus." M.

5. quos Scrælinga appellant] sc. venatores Viridenses (Subj.). Sml. Íslendingabók 6: þeir fundo þar manna vistir bæþi austr oc vestr á landi oc keiplabrot oc steinsmíþi þat es af því má scilia at þar hafþi þess conar þióþ farit es Vinland hefir bygt oc Grœnlendingar calla Scrælinga". Om disses Blod fortælles kun her.

10. circumstantias] „Omgivelser".

13. Decapolis] Udtrykket laant fra Matth. Ev. IV,25 eller Marc. Ev. V,20.

13. X civitatibus] Orderic Vitalis (c. 1120) nævner 6 Byer i Norge: Nidaros (Copenga), Bergen (Berga), Oslo (Alsa), Borg (Burgus), Tunsberg (Turesberga) og Konghelle (Cuneghella); hertil kommer 7) Stavanger, der allerede i Sigurd Jorsalefars Tid var Biskopssæde (Hakr. 700), 8) Véey, der nævnes som Kjøbstad i 1162 (Hakr. 784) samt 9) Skíðan og 10) Kaupangr í Sogn, der begge nævnes i 1184 (Sverressaga). I 13de Aarhundrede kom dertil Borgund (a. 1206) og Marstrand (c. 1250).

14. IIII patrias] „Sub voce *patria* hic, quoad maritimam zonam, intelligi videtur id fere, quod nostra lingua *lög* appellabatur, ut Gulaþingalög, territorium communibus legibus comitiisque utens." M.

paces. Prima patria Sinus orientalis dicitur, a terminis Daciæ oriens, et usque ad locum, qui Rygiarbit[1] appellatur, extenditur[2] IIII provincias continens. Secunda Gulacia ad insulam, quæ Media nuncupatur, usque protelatur VI complectens[3] provincias, quarum ultima nomine Mor villam quandam habet naturæ mirabilis; omnes enim stipites[4] arborumque abcisi[5] ramusculi, si per unius anni spatium terræ inhæreant, in lapides convertuntur. Tertia patria Throndemia[6] vocitatur et est sinus ostio angustissimo, octo capiens provincias in sua latissima receptacula, III

[1] M. Rygiarbitot Cd. maaské Rygiarbitit (med bestemt Artikel)? [2] rettet. extendit Cd. [3] B. ĩplectens Cd. [4] B. stipentes Cd. [5] Cd. M. læste abscisi. [6] rettet efter S. 113[2], trondemia Cd.

1. Sinus orientalis] „idem quod nostra lingua *Víken*, *í Vík austr* dictitabatur; *vík* enim sinum significat". M.

2. Rygjarbit] nu Jernestangen, sml. Víkin öll norðr (austan) til Rygjarbíts (Hskr. 780. 798).

3. IIII provincias] den ældre Borgarthings Kristenret (NgL. I, 343) og den ældste Fylkesliste (norsk hist. Tidsskr. IV, 478) kjender kun 3 Fylker; derimod var efter Snorre Borg i 1164 Thingsted for 4 Fylker (Hskr. 798); foruden de 3 ældre: Rænafylki (= provincia Rænorum), Vingulmörk og Vestfold er Grenland kommet til som det 4de.

3. Gulacia] ɔ: Gulaþingslög.

4. Media] nu Øen Mien, der hører dels til Søndmøre, dels til Romsdalen, før Miðia (sml. Midio-sund, Aslak Belts Jordebog S. 78).

4. VI provincias] efter Fylkelisten og den ældste Gulathingslov (Cap. 3): 1) Egðafylki, 2) Rygiafylki, 3) Horðafylki, 4) Sygnafylki, 5) Firðafylki, 6) Sunnmœri.

5. Mor] = Sunnmœri, suðr á Mœri, sml. Mører om Indbyggerne paa Søndmøre i Modsætn. til Norðmører (NgL. I, 104).

5. villam quandam] Björkudalr, se norsk hist. Tidsskr. IV, 484—87.

8. Throndemia] ɔ: Þróndheimr ell. Þrándheimr, Þrœndalǫg.

9. octo capiens provincias] efter Fylkelisten: 1) Orkdœlafylki, 2) Gauldœlafylki (provincia Gauladalr, se nedenfor), 3) Strindafylki, 4) Stiordœlafylki, 5) Skeynafylki, 6) Verdœlafylki, 7) Sparbyggiafylki, 8) Eynafylki.

etiam[1] extra sumens[2] et fiunt XI. Quarta Halogia, cujus incolæ multum Finnis cohabitant et inter se commercia frequentant; quæ patria in aquilonem terminat Norwegiam juxta locum Wegestaf, qui Biarmoniam[3] ab ea dirimit. Ibi ille profundissimus sep-

[1] B. etcnI Cd. [2] Cd. M. læste sinuens. [3] Bearmoniam Cd.

1. III extra sumens] efter Fylkelisten = 1) Raumsdœlafylki, 2) Norðmœrafylki (provincia Northimore, se nedenfor), 3) Naumdœlafylke (sml. NgL. I, 104).

1. Halogia] Hálogaland, Háleygjafylki.

3. Wegestaf] ligesom her hos Odd: Vegistafr (c. 15 M.); men i to uafhængige norske Haandskrifter kaldes Stedet Ægestafr (leg. Olavssaga c. 29 og Lovbogen 3261 qv. i kgl. Bibl. i Kjøbenhavn fra c. 1380—1400). Stedet her lyder: NB. memorandum swa manga tylfter sio æro af Kalfsunde ok til Wargðhws. Primo II tylfter sio til Lidhansnes. Item II tylfter til Bærwen. Item IIII tylfter til Krakowaadh (som ær þrondeims minne). Item IIII til Vagha. Item IIII tylfter til Ansnes. Item IIII tylfter til Vargðhws. Summa XL viku sio ok II hundradha viku sio. Item af Vargðhws ok til Æghestaf som Noreghe lyktas VI tylfter (sml. Munch, saml. Afh. II, 635). Da til leg. Saga c. 29 (Olafr . . . hafðe nu einn allan Noreg under sic lagðan næst efter Haralld hin harfagra fra Ægestaf norðan oc allt til Ælvar austr) svarer Flat. III, 246 (hann var einvalldzkonungr yfir Noregi sua vitt sem Haralldr hinn haarfagri hafdi aatt frendi hans. red fyrir nordan Gandvik enn fyrir sunnan Gautelfr . . .), maa Ægestav søges ved Indløbet til Gandvik og falde sammen med det nuværende *Sviatoi Nos* („det hellige Næs"), som endnu er Endepunktet for den Murmanske (ɔ: norske) Kyst, der før regnedes til Norge. Baade Ægestafr og Vegestafr betyder „Grænsepælen ved Havet" (Bugge), hvilket Navn aabenbart er laant fra Næssets langstrakte Form.

4. septentrionalis sinus] „Hic sinus a majoribus nostris *Hafsbotn* appellabatur; existimabant enim omnes terras polares inde a Grønlandia usque ad Norvegiam esse continuas vastumque sinum orbicularem efficere, qui polum ut peripheria centrum circumdaret. — Terras non habitatas et ad maximam partem ignotas inter Bjarmoniam et Grønlandiam (ut Sibiriam, Spitsbergiam etc.) majores nostri communi nomine *úbygðir* (deserta) nuncupabant, partem autem oræ

tentrionalis sinus, qui Charybdim, Scyllam et inevitabiles voragines in se continet; ibi et promontoria congelata, quæ immensas glacies fluctivomis inundationibus augmentatas brumalique frigore concretas in maria præcipitant, quibus crebro institores Viridem[1] terram petentes inviti applicant sicque naufragium passi periclitantur. Ibi etiam[2] cete grandia diversi generis fortissimas naves confringentia, nautas[3] diglutiunt, quosdam submergunt. Ibi equini ceti monoculi jubis diffusis profunda pelagi sulcantes fero-

[1] M. Viridam Cd. [2] M. etenī Cd. [3] M. nautos Cd.

occidentalis *Svalbarði*, quæ forte est ora a Scoresby detecta. Multæ autem superstitiones de his partibus exstabant; hic gigantes et dæmones, quin et Amazones habitare a multis credebantur, quare etiam scriptor noster supra de hominibus miræ magnitudinis et Virginum terra tanquam inter Grønlandiam et Bjarmoniam existenti loquitur; hinc etiam nomina *Risaland* (gigantum terra) et *Tröllabotnar* (sinus dæmonum), quibus subinde illæ oræ designantur.“ M.

1. inevitabilis voragines] sml. Adam IV, 38 og 39. Munch tænkte paa Moskøstrømmen: „quæ de voraginibus et turbinibus obscure et indefinite narrabantur, ea ipsa procul dubio sunt quæ posthac in æstuarium illud satis notum sinus Vestfjord in Lofot, Moskøstrømmen appellatum, sunt translata.“ Kanske man heller burde tænke paa den Malstrøm ved Finmarken, der omtales under Reiser til Bjarmeland (Hskr. 383, Fnm. S. IX, 320: röst norðr fyrir Straumneskinnum).

2. immensas glacies-præcipitant] at Isbjergene „kalve“, nævnes kun her, ikke i Kongespeilet Cap. 16.

8. equini ceti—jubis diffusis] sml. Kongesp. c. 12: þá eru þau enn hvalakyn er ólm eru ok grimm við menn ok leita hvervetna við at týna mönnum þar sem þeir megu við koma: heitir annarr r o s s h v a l r, en annar r a u ð k e m b i n g r (med rød Kam eller Manke). þessir eru fullir af ágirnd ok illsku; aldri verða þeir saddir af manndrápum þviat þeir fara um öll höf innan ok leita ef þeir megu skip finna; þa laupa þeir upp til þess at þeir megi þeim þá skjótara niðr sökkva ok týna með þeim hætti. þessir fiskar eru mönnum eigi ætir heldr gagnstaðligir svá sem skipaðir úvinir mannligu kyni; en ekki verða þeir stœrri en 30 alna eða 40 þeir er lengstir verða“. Begge Arter nævnes i Sn. Edda (I, 581), og den gamle islandske Kristen-

cissimi reperiuntur; illic pistrix, illic hafstrambus[1], maxima bellua, sed sine cauda et capite solum susum[2] et jusum dissiliendo veluti truncus, non nisi nautarum pericula præfiguret, apparet. Illic hafguva[3] et hafkitta[4] præ cunctis marinis monstris maxima et cetera hujuscemodi infinita reperiuntur.

Revertentes a maritimis transferamur ad montana.

[1] M. hafftrābus Cd. [2] B. fusū Cd. [3] M. hafguna eller hafguua Cd. [4] haffkitta Cd. (maaske for hafrkitta, thi i Kongespeilet læses hafrkitti).

ret (Konungsbók c. 18, Staðarhólsbók c. 35) forbyder at æde dem. At de er enøiede, nævnes kun her.

1. pistrix] sml. Plinius IX, 4: Maximum animal in Indico mari pistrix et balæna est, in Gallico oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens altiorque navium velis diluviem quandam eructans, in Gadetano oceano arbor in tantum, vastis dispansa ramis, ut ex ea causa fretum nunquam intrasse creditur.

1. hafstrambr] nævnes Sn. Edda I, 580; cfr. Kongespeilet c. 16: Svá er sagt um þat skrímsl er menn kalla hafstramb (-stramba), at þat sé i Grœnalands hafi. þat skrimsl er mikit vexti ok at hæð ok hefir staðit upp rétt or hafinu. þat hefir svá sýnsk, sem þat hafi haft manns herðar, hals ok höfuð, augu ok munn ok nef ok höku, en upp ífrá augum ok brúnum þá hefir verit því líkast sem maðr hafi haft á höfði hvassan hjálm. Axlir hefir þat haft svá sem maðr en engar hendr ok svá hefir þat sýnsk sem þegar hafi þat svengzk frá öxlum ofan, ok æ því mjórra er þat hefir neðarmeir verit sét. En þat hefir engi sét, hversu hinn neðri endir er skapaðr á því, hvárt heldr er, at sporðr hefir á verit sem á fiski, eða hefir hvast niðr verit sem hæll. En líkamr þess hefir þvílíkr verit at ásýn sem jökull. Engi hefir þat svá gløgt sét, hvárt heldr hefir á verit reistr sem á fiski eða huð sem á manni. Jafnan þegar þetta skrimsl hefir sét verit, þá hafa menn ok vitat vísan storm í hafi eptir.

4. hafguva et hafkitta] „hafrkitti" er efter Kongespeilet (c. 12) en meget uskadelig, fed Hval-art, medens det store Havuhyre heder „hafgufa", og hermed stemmer Beskrivelsen i Orvarodds-saga (FaS. II, 249); der skal derfor rimeligvis læses enten „hafkitta et hafguva" eller „hafkitta vel hafgufa", eller „et hafkitta" er uegte Tillæg.

De montanis Norwegiæ.

Mediterranea zona a metis Gautoniæ excipitur; quæ item IIII patrias et XII provincias complectens usque Throndemiam porrigitur. Hujus prima patria regnum Ráumorum ac Ringorum cum continuis provinciis; secunda Thelamarchia[1] cum remotis ruribus[2]; tertia Heidmarchia[3] cum convallibus Albiæ; quarta valles Gudbrandi cum Loariis et finitimis provinciis. Illam terminat magnus mons Dofrarum[4]. Sunt præterea perplures

[1] thelamathia Cd. [2] ru ruribus Cd. [3] herdmarthia Cd. [4] doffrarum Cd.

2. metæ Gautoniæ] ɔ: Værmland, hvis Grænser støder op til Solør og Østerdalen.

3. patrias—provincias] „Utraque vox „patria" et „provincia" non exacte in eodem sensu, quo supra, adhiberi videtur; neque enim e pluribus quam 5 provinciis seu *fylki* stricte sic dictis (Guðbrandsdalir, Eystridalir, Heinafylki, Raumafylki, Haðafylki), constare dici potuit regio montana; quæ 5 provinciæ communia habebant comitia, Eiðsivaþing, atque ita unam solum effecerunt patriam, si voce patria communitas comitiorum intelligitur. Vox provincia igitur hoc loco haud nostrum *fylki*, sed potius „Landskab", quod magis indefinitum est, significare videtur, patriaque simili modo non exacte nostrum *lög*, sed solummodo regiones latiores." M.

4. prima patria] indbefattede altsaa: 1) Raumaríki (Raumorum regnum), 2) Ringaríki (Ringorum regnum) og de „dermed sammenhængende Landskaber": 3) Haðaland (provincia Hathalandia) og 4) Þótn (provincia Thotn).

5. secunda patria] omfatter 5) Þelamörk og 6) remota rura.

6. remota rura] sml. Folkenavnet Róbyggjar og Landskabsnavnet Róbyggjalög, der afledes af ró (Vraa). (Nærmere ligger Róbygðir, som B. anførte, men det findes ikke; Robyg*d*elag er en Forvanskning fra 16de Aarhundrede).

6. tertia patria] omfatter 7) Heiðmörk og 8) convalles Albiæ.

6. convalles Albiæ] efter Bugge Elfardalir (Storelvedalen og Lilleelvedalen). Forf. synes ikke at vide, at Albia er den samme Elv, som strax nedenfor nævnes (82[2]).

7. quarta patria] omfatter 9) Guðbrands-dalir, 10) Lóar, 11 og 12) finitimæ provinciæ.

7. Loariæ] Lóar, á Lóom el. Lóm.

7. finitimæ provinciæ] riml. Lesjar (á Lesjum) og Vági (á Vága).

8. mons Dofrarum] Dofra-fjall (Dofra er Gen. af Dofrar, Dovre-sogn).

incolatus inter maritima et montana, ut Waldresia et vallis Haddingorum ac ceteri, qui Gulaticis subjacent legibus. Est fluvius in montanis aureis rubens arenis, qui de illo magno stagno Miorso surgens mare orientalis sinus intrat; nam quondam Saxones illo adventantes et per ungulas boum eundem amnem transnatantium auri metallum inesse deprehendentes furtim conflatum infinitum detulerunt aurum. Est item juxta civitatem Asloiam[1] magna copia argenti metalli, quæ nunc nimia aquarum fluentia hominibus vetita sub petrina mole latet absconsa.

Peragratis montanis silvas Finnorum ingrediamur perscrutatum.

De Finnis.

Est igitur vastissima solitudo affinis Norwegiæ, dividens eam per longum a paganis gentibus, quæ solitudo Finnis et bestiis incolitur, quarum carnibus semicrudis vescuntur et pellibus in-

[1] rettet. Elsioiam Cd.

1. vallis Haddingorum] Haddingja-dalr.

2. ceteri] sc. incolatus, rimeligvis Numadalr.

2. fluvius] Raumelfr, som regnedes at løbe ud fra Mjøsen (Hskr. 255) og falde i Havet ved Sarpsborg (Sverressaga Cap. 10).

5. illo] ɔ: til Mundingen, nær Sarpsborg.

7. Asloia] Orderic skriver Alsa (ɔ: Aslo), Saxo (p. 662): Asloa, prof. Danorum: Assloia. Den officielle Skrivemaade har i latinske Breve altid været Asloiä, se f. Ex. DN. IV 3 (a. 1277), I 78 (a. 1286), II 75 (a. 1304), I 1040 (a 1514) og civitas Asloensis, se f. Ex. VIII 3 (a. 1192), VII 7 (a. 1206), I 15 (a. 1234), dog vexlende med Osloensis f. Ex. I, 4 (a. 1217), I, 58 (a. 1263).

8. magna copia argenti] I. Zieglers Schondia omtales ogsaa Sølvgruber ved Oslo; deres geografiske Beliggenhed angives saaledes:

Akershus castrum	44° 30′	60° 15′
Argenti fodinæ	45°	60° 15′
Asloia episcopalis	45° 30′	60° 5′.

Dette passer til Gruberne ved (Gamle) Akers Kirke, der blev optagne i Christian II's Tid (Langebek, om de Norske Bergverker S. 279).

15. pellibus induuntur] sml. Adam IV, 31: qui ferarum pelli-

duuntur. Sunt equidem venatores peritissimi, solivagi et instabiles, tugurea coriacea[1] pro domibus insidentes, quæ humeris inponentes levigatis asseribus pedibus subfixis (quod instrumentum ondros appellant) et per condensa nivium ac devexa montium agitantibus cervis[2] cum conjugibus et parvulis ave velocius transferuntur. Est enim illorum incerta mansio, prout copia ferarum tempore instante eis dictaverit venationis loca. Ibi infinita numerositas bestiarum, scilicet ursorum, luporum, lyncum[3], vulpium, sabelorum[4], lutrearum, taxonum, castorum. Quæ bestia mirabiliter cauta, dum sæpius a veltribus venatorum petatur, tres subterraneas ad aquas sibi foveas concavat; succrescente lympha mediam sive supremam tenet[5], decrescente vero canibusque

[1] B. corticea Cd. [2] M. teruis eller ternis Cd. [3] rettet. lyncorum Cd. [4] rettet. sabulorum Cd. [5] rettet. teneat Cd.

bus utuntur pro vestibus: — In eisdem montanis agrestium ferarum tanta est multitudo, ut plurima pars regionis ex solis vivant silvaticis.

4. ondros] oldn. öndurr (eller andri) m., pl. andrar, Nordlands-Ski, den ene kortere eller med Underlag af Sælskind, nu Onder eller Andor. Ordet er nordisk, ikke, som Forf. mener, finsk (se V. Thomsen, den gotiske Sprogklasses Indflydelse paa den finske S. 112).

7. Ibi] sml. Adam IV, 31: Ibi capiuntur uri, bubali et elaces, sicut in Sveonia, ceterum bisontes capiuntur in Sclavania et Ruzzia. Sola vero Nortmannia vulpes habet nigros et lepores, martures albos, ejusdemque coloris ursos, qui sub aqua vivunt quemadmodum uri.

8. sabelorum] af mlat. sabelus eller sabelum, af russ. sóbol.

9. lutrea] vistnok mlat. for lutra, cfr. ital. Dial. ludria, sp. lutria (Diez).

10. veltres] allerede Martial (XIV, Epigr. 300) har vertragus (Jagthund), hvilket Arrian betegner som et celtisk Ord; lex Burg. har veltrahus, lex Sal. veltrem, veltrum (acc.), Santgallermunken (M. Germ. II 739) omtaler „caniculæ, quas *gallica lingua* veltres nuncupant“, Rolandssangen *veltres*, nyfr. viautre, ital. veltro.

12. decrescente] oversæt: Naar ved lav Vandstand Hundene opjager den, stiller den sin Træl op mod Hundene ved Vinduet og begiver sig med Hunnen og Ungerne ned i det nederste Smuthul ligesom til sit Hjem for derfra at have lettere Adgang til Vandet; thi den stoler mere paa Flugt tilvands end tillands. Naar de arbeider paa at samle Føden til Vinteren, skjærer de med

6*

addentantibus servulo catellis objecto secus fenestram relicto se quasi domum cum conjuge et catulis [in infimum[1] confert latibulum, unde sibi[2] ad aquas liberior pateat aditus; plus enim in lymphaticis[3] quam in terrestribus confidit meatibus. Dum vero pro hiemalibus alimoniis congregandis plus insudaverint, ulmos prægrandes dentibus circumcidentes (cujus arboris subere libentissime vescuntur) servulo suo supino[4] anterioribus pedibus fustem tenenti superponunt[5], sicque illo[6] pro vectigale utentes magnam copiam domum contrahunt, ipsi fustem rictibus[7] capientes utrimque bajulum trahendo amminiculantur. Est enim quoddam castorum[8] genus servile minimi[9] pretii et ob frequentem

[1] M. inī simū Cd. [2] M. si Cd. [3] B. lymphatis Cd. [4] rettet. suppino Cd. [5] M. supponunt Cd. [6] M. illi Cd. [7] M. rectibus Cd. (ikke rettibus M.). [8] M. castrorum Cd. [9] rettet. nimij Cd.

Tænderne store Almetræer af (dette Træs Bark spiser de helst) og lægger dem op paa sin Træl, som ligger paa Ryggen og holder Stokken i Forpoterne, og idet de saaledes bruger Trællen til Vogn, trækker de en stor Mængde hjem, idet de bider i Stokken og hjælper hinanden med at trække Trællen.

1. addentantibus] cfr. ital. *addentare* bide, her vel: true med Tænderne (Gj). Muligens dog Feil for adventantibus.

8. vectigale] i. e. vehiculo (M).

11. quoddam genus] sml. Annales Lundenses (Nordalb. Studien V, 26): vidit lymbiferos tres ligna colligentes, quorum unus qui servus dicitur, sc. Byæwærthræl, extensis pedibus resupinus ad terram cecidit, cui illi duo inter crura ejus ligna congerunt illumque quasi boves præcedentes traxerunt. Sml. ogsaa Albertus Magnus, de castore (de Animalibus lib. XXII, tract. II, cap. 1): Hoc animal dente dejicit satis mensuratæ quantitatis arbores et casas construit in ripis aquarum ante antra in quibus habitat: quas etiam bicameratas vel tricameratas cum solariis facit, ut crescente aqua ascendat vel descendat. Comportans autem ligna ad hujusmodi structuras dicitur peregrinos castores ad servitutem redigere et resupinos impositis inter crura lignis super ventrem diligenter aptatis per caudam ad locum ædificii trahere et sic domos extruere. Sml. desuden Giraldi Cambrensis Topographia Hiberniæ I, 25—26: Quidam enim ex his (ɔ: taxis) naturæ imperio servire parati, terram ab aliis effossam ventrique supino impositam quatuor pedibus complectentes, lignoque

laboris usum haud[1] pilosum, immo leve. Sunt etiam apud Finnos scuriones quam plures ac mustelæ, de quarum omnium bestiarum pellibus regibus Norwegiæ, quibus et subjecti sunt, maxima tributa omni anno persolvunt. Horum[2] itaque intollerabilis perfidia vix cuiquam credibilis videbitur, quantumve[3] diabolicæ superstitionis in magica arte exerceant. Sunt namque quidam ex ipsis, qui quasi prophetæ a stolido vulgo venerantur, quoniam[4] per immundum spiritum, quem gandum[5] vocitant, multis multa præsagia ut eveniunt quandoque percunctati prædicent; et de longinquis provinciis res concupiscibiles miro modo sibi alliciunt nec non absconditos thesauros longe remoti mirifice produnt[6]. Quadam vero vice dum christiani causa commercii apud Finnos ad mensam sedissent, illorum hospita subito inclinata[7] exspiravit; unde christianis multum dolentibus non mortuam sed a gandis æmulorum esse deprædatam, sese illam cito adepturos ipsi Finni nihil contristati respondent. Tunc quidam magus extenso panno, super[8] quo se ad profanas[9] veneficas incantationes præpa-

[1] M. hanc eller hanc Cd. [2] M. harum Cd. [3] B. quantam ue (eller ne) Cd. M. rettede til vi. [4] Cd. Munch læste urigtigt qm̄ som qui. [5] rettet. gandiū Cd. [6] rettet. prodeunt Cd. [7] M. inclita Cd. [8] rettet, sml. Fritzner (norsk hist. Tidsskr. IV, 196). sub Cd. [9] rettet. profandas Cd.

in ore ex transverso locato, dentibus ab aliis hinc inde cohærentibus retrogradeque trahentibus, non absque intuentium admiratione simulcum oneribus extrahuntur. Simili naturæ artificio castores utuntur; qui dum castra sibi in fluviis construunt, sui generis servis quasi pro rheda utentes, a silvis ad aquas lignea robora miro vecturæ modo contrahunt et conducunt. Beretningen findes ligeledes i hans Itinerarium Cambriæ (II, 3) og Descriptio Cambriæ (I, 5).

2. scurio] I et latinsk Document fra Frankrige af 1061 forekommer squirio (Ducange), ellers sciurus, scuriolus, fr. écureuil, Ekorn.

4. perfidia] „Sumitur hæc vox hoc loco sensu religioso, non perfidiam sensu communi seu fallacitatem significans, sed defectum fidei christianæ, paganam superstitionem" (M). Sml. Nikolaus Olafssøns Beretning fra c. 1370 (Antiquités russes II, 451): Finnar þeir sem eru i enda Finnmarkar allt norðr viðr Gandvik eru allir heiðnir.

14. gandus] sml. oldn. gandr, Jörmun-gandr, Vonar-gandr og Fritzners Afh. i (norsk) Hist. Tidsskrift IV, 166 ff. Ordet er ikke finsk, men norsk.

rat[1], quoddam vasculum ad modum taratantarorum[2] sursum erectis manibus extulit, cetinis atque cervinis formulis cum loris et ondriolis navicula etiam cum remis occupatum, quibus vehiculis per alta nivium[3] et devexa montium vel profunda stagnorum ille diabolicus gandus uteretur. Cumque diutissime incantando tali apparatu ibi saltasset, humo tandem prostratus totusque niger ut Æthiops, spumans ora ut puta freneticus, præruptus ventrem vix aliquando cum maximo fremore[4] emisit spiritum. Tum alterum[5] in magica arte peritissimum consuluerunt, quid de utrisque actum sit. Qui simili modo sed non eodem eventu suum implevit[6] officium, namque hospita sana surrexit et defunctum magum tali eventu interisse eis intimavit: gandum[7] videlicet ejus in cetinam effigiem inmaginatum ostico[8] gando in præacutas sudes transformato, dum per quoddam stagnum velocissime prosiliret, malo omine[9] obviasse, quia in stagni[10] ejusdem profundo sudes latitantes exacti ventrem perforabant; quod et in mago domi mortuo apparuit. Item dum Finni unacum christianis gre-

[1] rettet. præparet Cd. [2] rettet. caratantatorum Cd. M. rettede til ta—arum. [3] Cd., hos M. ved Trykfeil nimium. [4] indsat. M. indsatte clamore. [5] rettet. altrū Cd. [6] M. implens Cd. [7] rettet. gaudiū Cd. [8] B. ostio Cd. [9] Cd. oprindeligt skrevet homine, men h overstreget. [10] rettet. stagno Cd.

1. taratantara] ogsaa taratantarum (Diefenbach, Novum glossarium S. 458) = cribrum (Sold). „Neque sane ita multum a forma cribri discrepant instrumenta illa incantatoria Finnorum *(Bomme)*, quæ adhuc in quibusdam museis exstant, tympanis quæ tamburina vocantur simillima, quorum corio magici plerumque characteres inscripti sunt." M. Sml. (norsk) Hist. Tidsskr. IV, 190 ff. Friis, Lappisk Mythologi S. 15—47 (med Afbildninger).

4. profunda] af profundum, Subst.

8. vix aliquando] endelig med Nød og neppe (ɔ: efter lang Dødskamp).

13. osticus] = hosticus for hostilis (Diefenbach Nov. Gloss. S. 206).

17. Item dum] Meningen: Naar Finnerne fiskede sammen med de Kristne, trak de med sin Krogstav (ved Trylleri) til sig de næsten fulde Fiskeruser, som de havde seet i de Kristnes Værge, og fyldte saaledes sin Baad med Fisk. Sacculus = saccus, restis piscariæ genus (Ducange). Uncus cfr. uncus pastoralis v. episcopalis, Krumstav (i Saga af þorsteini Bæjarmagn betegner krókstafr en Tryllestav, hvorpaa man rider gjennem Luften, Fnm. S. III, 176).

gem squamigeram hamo carpere attentassent, quos in casis fidelium pagani perspexerant, sacculis fere[1] plenis unco suo de abysso attractis scapham cum piscibus impleverunt.

Hæc de Finnorum innumeris præstigiis carptim excerpsi et quasi quasdam notulas tam profanæ sectæ plus remotis proposui. Circumscriptis utcunque Norwegiæ finibus tendamus ad tributarias insulas, nam insulas, quæ adjacent Norwegiæ, præ multitudine nemo numerare potest.

De tributariis insulis.

Sunt ergo quædam insulæ præjacentes Gulaciæ, quæ ab incolis Solundæ nominantur, unde Solundicum mare dictum, quod inter Norwegiam et Hyberniam[2] fluit; in quo sunt Orchades in-

[1] B. ferre Cd. [2] Iberniam Cd.

4. plus remotis] sml. Adam IV, 31: Cumque diversa prorsus et inseveta nostris multa ibi videantur, ab ejusdem patriæ incolis hæc et alia plenius dicenda relinquo.

9. insulæ præjacentes &c] Meningen er ikke, at Sulendøerne skal regnes blandt „tributariæ", men at i Sulendhavet (kaldet saa efter Sulendöerne) ligger Orknöerne osv.

10. Solundæ] nu Sulend-Øerne, sml. eyjar þær er Sólundir heita (Hskr. 151).

10. Solundicum mare] = Sólundarhaf (Fnm. S. X, 122). Hybernia nævnes, fordi dette Land tænktes at ligge vest for Skotland og Orknöerne; sml. Munchs Udg. af „Relations de voyage d'Ottar et d'Ulfstein" i Antiquités Russes II, 466: On þæt steórbord býð ærest Íraland, and þonne þá ígland þe synd betux Íralande and þissum lande (ɔ: Britannia); sml. ogsaa Adam IV, 34: Orchades inter Normanniam et Britanniam et Hiberniam sitæ.

10. Orchades insulæ] sml. Adam IV, 34: „Quarum primæ sunt Orchades insulæ, quas barbari vocant Organas; ritu Cycladum illæ sunt dispersæ per occeanum. De quibus Romani auctores Marianus et Solinus ita scripsisse videntur: A tergo Britanniæ, unde infinitus patet occeanus, Orchadæ sunt insulæ, quarum 20 sunt desertæ, 16 coluntur. Orchades insulæ pæne 40 junctæ." Vor Forf. sætter derfor forsigtigvis „plus quam xxx." Forf. kalder ligesom Adam de skotske Øer „Orchades", uagtet han rigtigt ved at skjelne mellem „meridianæ insulæ" (Suðreyjar, sml. Saxo p. 448) og brumales (Orkneyjar og Hjaltland).

sulæ numero plus quam xxx, a quodam comite Orchano nomine vocatæ. Quæ quidem diversis incolis accultæ nunc in duo regna sunt divisæ; sunt enim meridianæ insulæ regulis sublimatæ, brumales vero comitum præsidio decoratæ, qui utrique regibus Norwegiæ non modica persolvunt tributa.

De Orchadibus[1] insulis.

Istas insulas primitus Peti et Papæ inhabitabant. Horum alteri, scilicet Peti, parvo superantes pygmæos statura instructuris[2] urbium vespere et mane mira operantes, meridie vero cunctis viribus prorsus[3] destituti in subterraneis domunculis præ timore latuerunt. Sed eo tempore non Orchades, immo terra Pe-

[1] Orcadibus Cd. [2] Munch delte: in structuris. [3] prosus Cd.

1. Orchanus] nævnes kun her. Etymologien synes laant fra det engelsk-latinske Navn Orcaneya (Skene, Chronicles of the Picts and Scots S. 154).

2. diversi incolæ] ɔ: Nordmænd paa Orknöerne, Gæler paa Sudröerne.

4. qui utrique] ɔ: Kongerne i Sudrøerne og Jarlerne i Orknöerne; om at Kongerne i Sudröerne betalte Skat, kan der kun være Tale efter 1152, da Gudrød Olafssøn drog til Norge for at hylde Kong Inge (Munch c, 827); muligens er det samme Forhold indtraadt for Orknöjarlene fra 1150, da Ragnvald og Harald hyldede Kong Inge (Munch c, 821). Dog omtales ingensteds ellers Tribut.

8. instructuris] instructura er midd. Form for structura, forekommer hos Isidor og andensteds, se Schuchardt, Vocalismus des Vulgärlateins II, 345, Rönsch, Vulgata und Itala S. 45 (2den Udg.). B.

11. terra Petorum] sml. Petia (Saxo p. 448) og Munchs Afhandl. III, 128. „Peti iidem sunt qui Picti, incolæ celtici septentrionalis et orientalis Scotiæ. Quod autem hic de Petorum exigua statura et cum pygmæis similitudine narratur, mirum quantum a celebrata Pictorum ferocitate discrepat. Causa vero perspectu satis facilis; exstant enim in Orcadibus plurimæ earum vetustissimarum domorum subterranearum, quas incolæ adhuc Pictorum domus (*Pictshouses*, *Picshouses*) appellant, quæ sane ad sedentis magis quam erecti hominis altitudinem accomodatæ, ansam præbere possent errori absurdo, Pictos ipsos fuisse pygmæos, ut qui erecti in tam depressis meatibus vadere possent.“ M.

torum dicebantur, unde adhuc[1] Petlandicum mare ab incolis appellatur, quod sejungit insulas a Scotia, ubi omnium maxima vorago, quæ fortissimas naves, quas per ledonem attrahendo diglutit, earundem fragmenta per malenam eructando evomit. Qui populus unde illuc adventasset, penitus ignoramus. P a p æ vero propter albas[2], quibus ut clerici induebantur, vocati sunt, unde in Theutonica lingua omnes clerici p a p æ dicuntur. Adhuc quædam insula P a p e y ab illis denominatur. Sed ut[3] per habitum et apices librorum eorum ibidem derelictorum notatur, Africani fuerunt judaismo adhærentes. Istas itaque nationes in diebus Haraldi

[1] M. id huc Cd. [2] M. tilføiede urigtigt vestes. [3] B. nec Cd.

1. mare Petlandicum] rettere: s i n u s Petlandicus, Petlandsfjörðr (ovenfor 31[r], Hskr. 165, 457. Flat. I, 277), nu Pentlandsfirth.

2. vorago] nu Swelchie, oldn. Svelgr (Hskr. 457. Flat. II, 460. SnE. I, 378).

3. ledo—malena] Fjære og Flod, sml. Bedæ de temporum ratione Cap. 29: „Imitatur lunæ cursum mare non solum communi accessu et recessu, sed etiam quodam sui status profectu defectuque perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, verum etiam major minorve quotidie redeat æstus. Et crescentes quidem M a l i n a s, decrescentes autem placuit appellare L e d o n e s."

6. alba] Præstedragt, Messeserk, fr. aube.

7. Papæ— dicuntur] Meningen: Paper kaldtes de paa Grund af, at de bar samme Dragt som Præster, ligesom paa Tysk alle Klerker kaldes „Papen" (plattysk pape, mtysk paffe, mht. pfaffe).

8. Papey] „Sunt duæ insulæ nomine *Papey* in Orcadibus, duæque regiones nomine *Papyli* (Paplay), altera in insula principali, altera in *Ragnvaldsey* (South-Ronaldsey); in Hjaltlandia tres exstant insulæ nomine *Papey* (Papa little, Papa stour, et Papa in sinu de Scalloway) et regio insulæ *Iali* (Yell) nomine *Papilia* (Papill)." M. sml. Munch, saml. Afhandl. III, 87—160.

10. Judaismo adhærentes] alts. fordi man fandt Dele af det gamle Testamente. Forf. kjender i k k e den islandske Tradition, der ansaa Paper for I r e r o g K r i s t n e, se Íslendingabók Cap. 1: þá voro her menn cristnir, þeir es Norþmenn calla Papa, en þeir fóro síþan á braut, af því at þeir vildo eigi vesa her viþ heiþna menn, oc léto eptir bøer írscar oc biöllor oc bagla; af því mátti scilia at þeir voro menn írscir.

comati, regis videlicet Norwegiæ, quidam piratæ prosapia robustissimi principis Rognwaldi[1] progressi cum magna classe Solundicum mare transfretantes de diuturnis sedibus exutas ex toto deleverunt ac insulas sibi subdiderunt; ubi securius hiemalibus sedibus muniti æstivo tempore tum in Anglos tum in Scotos quandoque in Hybernios suam exercentes tyrannidem ierunt[2], ut de Anglia Northimbriam, de Scotia Katanesiam[3], de Hybernia Dyflinniam ceterasque maritimas urbes suo imperio subjugarent. De quorum collegio quidam Rodulfus — a sociis Gongurolfr cognominatus, quia ob enormem corporis quantitatem equitare nequiens semper incessit — Rodam civitatem Normandiæ cum paucis mirabili ingenio devicit; namque in quodam flumine cum xv navibus latitantes singuli quique nautæ singulas præcavantes fossas tenuibus[4] glebis campi spissitudinis identitatem simulantibus ordinata[5] acie ultra loci concava parati ad pugnam progressi sunt. Quo comperto cives directis ordinibus hostes insequuntur, at illi ficta fuga quasi ad naves festinantes equites cunctis velocius se subsequentes ac catervatim in latentia præcipitia cum

[1] Rogwaldi Cd. [2] B. verum Cd. [3] Kathanasiam Cd. [4] B. tenuis Cd. [5] M. ordina Cd.

7. de Anglia Northimbriam &c.] sml. mine kritiske Bidrag til Vikingetidens Historie S. 171 ff.

7. Katanesia] af skotske Kilder kalder „de situ Albaniæ" (c. 1165) Landet: Kathanesia (Skene Chronicles of the Picts and Scots p. 136), Descriptio Britanniæ (12te Aarh.): Kathenessia, the Chronicle of Huntingdon (c. 1290): Kathenesia (Skene p. 212), et Brev fra Harald Jarl c. 1190 (DN. II, 2): Catanesia, Breve fra 13de Aarh.: Cathania (Skene s. 291, Munch Afh. III, 140—46), oldn. Katanes.

7. Dyflinniam] oldn. Dyflinn (Hskr. 75. 149. 164).

9. Gongurolfr] isl. Göngu-hrólfr (Hskr. 66, 229). Kun her findes Navnet paa Latin gjengivet med Rodulfus, hvilket viser, at Beretningen ikke følger udenlandske Kilder, skjønt Forf. har gjenkjendt ham i disses Rollo.

11. Roda] maa være den norske Form af Rouens Navn, mlat. Rothomus el. Rodomus (opr. Rothomagus), eng. Roðem; fra den norske stammer den isl. Rúða (Hskr. 233, 416).

12. in quodam flumine] Forf. ved ikke, at Rouen ligger ved Seine!

loricatis sonipedibus proruentes, illi (inquam) Norwegenses[1] tyranni funesta manu eos trucidabant; itaque fugatis civibus urbem libere intrabant simulque cum ea omnem illam regionem obtinebant, a quibus Normandiæ nomen adepta est. Ast idem Rodulfus regni primatu potitus defuncti comitis uxorem duxit, ex qua genuit Wilelmum[2] cognomento longosped patrem Ricardi, qui item filium genuit sibi equivocum; junior vero Ricardus pater erat Wilelmi bastardi, qui Anglos devicit; iste genuit Wilelmum[2] rufum et Henricum fratrem ejus, qui in prophetia Merlini regis leo justitiæ prænominatus est. Rodulfus[3] vero comes Normandiæ effectus hostili manu Fresones invasit, victoriam obtinuit[4], sed

[1] Norwagenses Cd., rettet efter den svenske Afskrift og i Overensstemmelse med Landsnavnet Norwegia. [2] skrives Willm ɔ: Wil(e)lm(um), ligesom L. 8 helt ud Wilelmi. [3] Radulfus Cd. [4] B. iptinuit Cd., Læsefeil for optinuit.

6. longo-sped] lat. longa spatha, gfr. longue espede, isl. löngumspaða (Hskr. 66) el. langa-spjót (Hskr. 229). Ogsaa i Annales Wintonienses fra Aar 1133 (Liebermann, Anglo-Normannische Geschichtsquellen S. 69) fører Wilhelm Tilnavnet Longospeðe.

7. junior vero Ricardus] herefter er rimeligvis udfaldet et Led: Robert († 1035) f. Ex.: habuit filium Robertum, qui o. s. v.

10. prænominatus] sml. „Descriptio genealogiæ ducum Normannorum a Rollone primo duce usque secundum Henricum regem Angliæ“ i „liber de legibus Angliæ“ hos Hoveden II, 239 – 41 (i Haandskr. fortsat til K. Johan c. 1200): „Primus Normanniæ dux Rollo, qui et Robertus in baptismo dictus, regnavit annis XXX. Willelmus filius ejus annis XXV. Ricardus senior LIV, Ricardus secundus XXX. Ricardus tertius uno, Robertus frater ejus VIII annis. Willelmus Bastardus comes XXX, qui postea fuit rex Anglorum XXII annis. — — Quo mortuo regnavit Willelmus filius ejus pro eo annis XIII — occiditur venando sagitta. Cui successit Henricus frater ejus et regnavit triginta sex annis. Hic erat pastor ferarum et custos nemorum, quem Merlinus Ambrosius leonem justitiæ in Historia Regum nominavit; fecit enim justitiam et judicium in terra.“ Da Merlinus ellers aldrig kaldes „rex“, er maaske „regis“ Feil for „in historia regum“ (ɔ: Galfridi Monmouthensis historia Britonum VII, 7: succedet leo justitiæ, ad cujus rugitum Gallicanæ turres et insulani dracones tremebunt).

parvo intervallo a privigno suo in Hollandia[1] dolo interemptus est. Interim socii ejus in Orchadibus suum regnum firmiter stabilierunt, revera enim usque hodie illorum posteritatis[2] dominio subjacent, excepto quod jure tributario regibus Norwegiæ deserviunt.

De insulis ovium.

Sunt item in refluentis oceani insulæ ovium, numero [xviii][3], quas patria[4] lingua Færeyar[5] incolæ appellant; ibi enim ruricolis opima grex affluit; sunt quibusdam inde millia ovium. Qui item insulani regibus nostris certis temporibus tributa persolvunt.

De glaciali insula.

Deinde versus occasum illa magna insula, quæ ab Italis[6] ultima[7] Tile dicta est, nunc quam magna frequentia colonum culta, quondam vasta solitudo et usque ad tempus Haraldi comati hominibus incognita. Tunc quidam Norwegenses Ingulfr[8] et Hior-

[1] M. hollindia Cd. [2] M. posteritates Cd. [3] tilsat efter Munch. Tallet mangler, ingen Lakune i Cd. [4] prima Cd., riml. ved feilagtig Opløsning af prīa (ɔ: patria). [5] rettet. farcar Cd. (ikke farcarr M.). [6] Itat Cd., af M. opløst: Italicis. [7] rettet. ultimum Cd. [8] rettet. Ingwar Cd. (men dette Navn skrives nedenfor Ynguar).

3. usque hodie] Ragnvalds Ætlinger synes at være uddøde paa Kvindesiden 1231 med Jon Jarl (Munch d, 778—80) eller ialfald 1239 med Magnus Jarl (Munch e, 69), efterat Jarlerne allerede 1195 havde maattet afstaa Hjaltland og Dele af Orknöerne (Munch d, 290).

8. Færeyar] „e Norico *fær*, Svecico *får* i. e. ovis" (M.), sml. Dicuil, De mensura orbis (ed. Letronne VII, 3): plenæ innumerabilibus ovibus.

12. ab Italis] sml. Adam IV, 35: Insula Thule — — de qua tam a Romanis quam a barbaris multa referuntur digna prædicari. Ultima inquiunt omnium Thyle, in qua æstivo solstitio sole cancri signum transeunte nox nulla, brumali solsticio perinde nullus dies.

13. colonum] Denne Genitivform ogsaa nedenfor (S. 120[7]). Andre Forfattere fra Middelalderen bøie ligeledes colones, Dat. colonibus, se Ducange (B).

15. incognita] viser, at Forf. ikke kjender den islandske Beretning om Paper (Íslendingabók c. 1, citeret S. 89) eller Dicuils om de irske Munke.

leifr[1] ob reatus homicidiorum patriam fugientes[2] cum conjugibus et pueris naves ingredientes insulam prius inventam a Garðaro[3] post ab *anbå*[4] inquirendo per pendulas pelagi undas[5] tandem reperierunt. Et in quinquaginta fere annis [est ubique[6] inhabitata, ut nunc est distributa[7]. Quæ a Norwegensibus[8] igitur[9] Islandia, quod interpretatur glaciei terra, nuncupatur; habet namque eadem insula innumerabiles montes verum continua glacie contectos[10], unde illis resplendentibus nautæ longe a terra in salo positi[11] portum sibi opportunum per hos denotare solent; inter quos mons

[1] M. brorleifr Cd. [2] M. fugentes Cd. [3] giardaro Cd. [4] anbå eller aubå Cd. [5] M. undis Cd. [6] rettet. utrobique Cd. [7] B. formoder dette Ord Feil for ista insula. [8] Norwagensis Cd. [9] B. dicitur Cd. [10] Cd. M. læste contectas. [11] M. posite Cd.

1. Ingulfr et Hiorleifr] sml. Landnáma I, 3—9.

3. anba] „Postquam eodem forte tempore, quamvis diversis expeditionibus Gardarus et Naddoddus, quorum uter prior fuerit, non consentiunt scriptores, fortuito ad Islandiam hactenus ignotam fuerint advecti, Floko quidam pirata Noricus, a corvis quorum auspicio navigabat Corvinus (*Hrafnaflóki*) dictus, expeditionem ad illam insulam accuratius investigandam a patria Norwegia instituit inventæque nomen dedit Islandiæ. Quem Flokonem obscuro illo evidenterque a scriba corrupto nomine designatum esse non dubitamus." M. Da imidlertid dette Ord — paa Grund af det foregaaende *ab* (ikke a) — ogsaa i Originalen maa have havt vocalisk Begyndelsesbogstav, ligger det nærmere at gjætte paa Oddo (= *Nadd-oddr*), maaske endog Auda (= *Auðr djúpauðga*). Dog ogsaa (Bugge) muligt, at post ab anbå skal rettes til post ambo.

4. quinquaginta fere annis] sml. Íslendingabók c. 3: Svá hafa oc spacer menn sagt, at á LX vetra yrþi Ísland albygt.

6. habet namque] er en Berigtigelse af Adams Ord (IV, 35): hæc itaque Thyle nunc Island appellatur a glacie quæ occeanum astringit.

9. mons casulæ] Oversættelse af Heklu-fell (casula = vestis cucullata, Kappe med Hætte, ligesom hekla). Om de første Udbrud af Hekla, se Ann. regii 1104 (Elldz uppkváma en fyrsta í Heklv felli), 1158 (Elldr annarr í Heklu felli XII kal. Februarii), 1206 (— hinn þriði —), 1222 (— hinn fiórði —), 1300 (— hinn fimti — IIII idus Julii).

casulæ ad instar Ætnæ totus pruriens terrebili tremefactus terræ motu sulfureas eructat faces; proinde in diversis locis fervidi fonticuli ebulliunt, qui tectis operti[1] ac frigidarum exhibitione aquarum temperati balnealia accolis præbent lavacra. Sunt item quidam putei ejusdem insulæ, in quis si lana aut pannus unius noctis spatio inmersi jaceant, in lapides convertuntur.[2] Est præterea ibidem fons quidam in arenatis cujusdam fluvii anfractibus[3] scaturiens saporem coloremque tenens cerevisiæ, qui potantem reficere, vix adimplere dicitur. Nec prætereundum puto, quod nostra ætate inibi accidisse ferunt; nam tria milliaria totum

[1] B. aperti Cd. [2] rettet, convertentur Cd. [3] M. in fractibus Cd.

1. instar Ætnæ] sml. Bedæ de natura rerum Cap. 50: Tellus Siciliæ, quæ cavernosa et sulphure ac bitumine strata, ventis pene tota et ignibus patet, spiritu introrsus cum igne concertante, multis sæpe locis fumum vel vapores vel flammas eructat, vel etiam vento acrius incumbente arenarum lapidumve moles egerit. Inde montis Ætnæ ad exemplum gehennæ ignium tam diutinum durat incendium quod insularum Æolidum dicunt undis nutriri, dum aquarum concursus spiritum secum in imum profundum rapiens tam diu suffocat, donec venis terræ diffusus fomenta ignis accendant.

1. pruriens] lidende af Kløe, her om convulsiviske Ryk i Fjeldet. (B).

3. fonticuli—lavacra] sigter rimeligvis til Badet paa Reykholt (Kålund, hist.-top. Beskrivelse af Island S. 319).

5. putei] om Geysir se Kålund S. 160 ff.

7. fons—cerevisiæ] den eneste varme Kilde paa Island, der springer op af en Elv, er Vellindishver eller Árhver i Reykjadalsá (Kålund S. 316), men den er en almindelig Hver, der sender varmt Vand op; Ølkilderne findes paa Snefjeldsnes-halvøen, den mest bekjendte er paa Rauðamel (Kålund S. 405).

10. nostra ætate] Munch henviste til Ann. isl. ved 1422 (kom upp eldr í hafi í útsuðr, undan Reykjanesi, skaut þar landi upp sem sjá má síðan þeir er þar fara nærri síðan), Bugge til Ann. reg. 1211: Eldr kom upp úr sjó. Sörli Kolsson fann Eldeyjar (med det senere Tillæg: hinar nýo, en hinar horfnar, er alla æfi höfðu staðit). At dette Fænomen hyppigere har gjentaget sig, viser Abbed Arngrims Ord i Guðmundar biskups saga (Bpsögur II, 5): Þat fylgir þessum fádæmum at í sjálfi hafinu viku sjáfar suðr undan landinu hefir upp

mare more euripi inæstuare ac quasi cacabus fervere coepit, dum terra adhiscens ab imo ignivomos vapores montemque[1] magnum undis emergentem ex se produxit. Quod multis monstri simile[2] videtur, mundumve[3] mira portendere[4] vel sui interitum in talibus præfigurare conjectant, cum elementa inevitabiles accessus et naturales suapte sponte[5] exercent motus. Dixit namque Solinus in libro suo, quem de mundi mirabilibus scripsit, abyssum profundissimam in ipsa terra existere (unde scriptum est: rupti sunt fontes abyssi magnæ), juxta quam speluncas propatulas ventos aquatica spiratione conceptos in se continere, qui sunt spiritus procellarum. Hi vero venti sua spiratione per occultos terræ meatus aquas maris ad se contrahunt et in thesauros abyssi re-

[1] montem Cd. [2] silē Cd. [3] mundum ne (eller ne) Cd. [4] M. protendere Cd. [5] indsat.

komit af eldsganginum stórt fjall, en annat sökk niðr í staðinn, þat er upp kom í fyrstu með sömu grein.

1. euripus] ɔ: trangt Sund, hvor der gaar stærk Strøm, sml. Bedæ de temporum ratione Cap. 28: Euripi etiam in utramque partem soliti sunt propria leniter fluenta convertere reliquo omni tempore: cum vero luna nascitur nullo modo possunt quiescere, sed vehementi fervore semper exæstuant, donec luna rursus appareat, seditionem commotis turbinibus allatura.

1. cacabus] gr. κάκκαβος, Gryde.

7. Solinus in libro suo] Forf. har neppe laant dette direkte fra Solinus. Man sammenligne Solinus' Ord (XXIII, 20—21) med Gjengivelsen hos Isidor (De natura rerum XL). Solinus: „Physici aiunt mundum animal esse eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum moveri spiritu, regi mente: quæ utraque diffusa per membra omnia æternæ molis vigorem exerceant. Sunt ergo in corporibus nostris commercia, sunt spiritalia, ita in profundis oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti modo efflent maria, modo revocent". Isidor: „Cur oceanus in se reciprocis æstibus revertatur, philosophi mundum, ut ait Solinus, ex quatuor elementis quasi quoddam animal esse dicunt concretum moverique quodam spiritu et sicut in corporibus nostris respirandi habentur commercia, ita in profundis oceani esse quosdam meatus ventorum veluti mundi nares, per quas emissi anhelitus vel retracti alterno accessu recessuque, nunc evaporante spiritu efflent maria, nunc retrahente spiritu reducant".

8. scriptum est] se ovenfor S. 32[5].

condunt, quas iterum eadem vi a se repellunt, unde æstus et torrentes voraginumque vertigines excitantur. Inde etiam terræ motus et variæ vaporum exustionumque emissiones contingunt; quidam ventorum enim flatus terrenis buccis inclusi dum erumpere gliscunt, terræ molem horribili fremore[1] conquassant eamque trepidare cogunt. Sic nimirum spiritu ventorum introrsum [cum igne concertante[2] et etiam in medio pelago prærupto profundo fumigeri vapores sulfureique ignes emergi cernuntur. Simili modo quod in terra tremor, in nube tonitruum, hic hiatus, ibi fulgur creditur. Ista quidam et majora mundi mirabilia[3] licet minime perspicaciter intelligamus, tamen nec eo magis monstra credenda sunt nec portenta[4] mundialis cataclysmi præsaga reputanda, immo omnium incognitorum cognitori, immutabili mutabilium conditori quodam[5] mirabili processu præclare famulantia in cunctis naturam observant. Verum quoniam corpulentæ[6] caliginis oblivione nostri ingenioli[7] igniculus undique circumfusus ad investiganda altissima profunda haud[8] satis efficax deprehenditur, ipsum, qui illuminat abscondita tenebrarum spiritu intelligentiæ, nos ut inflammet[9] invocemus.

[1] Cd., ikke tremore, som M. læste. [2] rettet efter Beda, de natura rerum Cap. 90, se S. 94 Note 1. cum cretante Cd. [3] B. mutabilia Cd. [4] M portanda Cd. [5] M. quoddam Cd. [6] M. copulente Cd. [7] M. ingelnoli Cd. (M. læste ingelicoli). [8] hanc (ɔ: haut) Cd. [9] Cd. (ikke inflammat, som M. læste).

2. terræ motus] sml. Bedæ de natura rerum Cap. 49: Terræ motum vento fieri dicunt, ejus visceribus instar spongiæ cavernosis incluso, qui hanc horribili tremore percurrens et evadere nitens, vario murmure concutit et se tremendo vel dehiscendo cogit effundere. Unde cava terrarum his motibus subjacent, utpote venti capacia: arenosa autem et solida carent. Neque enim fiunt, nisi cælo marique tranquillo, et vento in venas terræ condito. *Et hoc est in terra tremor, quod in nube tonitruum: hocque hiatus quod fulmen.* Fiunt simul cum terræ motu et inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi vel residentis sinu recepti. Sml. Cap. 28: Tonitrua dicunt ex fragore nubium generari, cum spiritus ventorum earum sinu concepti, sese ibidem versando pererrantes et virtutis suæ mobilitate in quamlibet partem violenter erumpentes, magno concrepant murmure, instar exilientium de stabulis quadrigarum vel vesicæ: quæ licet parva magnam tamen sonitum displosa emittit.

Hactenus tributarias insulas carptim descripsimus; nunc vero qui reges Norwegiam rexerunt vel unde processerunt ad exponendum stilum vertamus.

De ortu regum.

Vetus prosapia regum Norwegiæ a Swethia sumpsit exordium, unde etiam inhabitata est Throndemia, quæ patria principalis est in Norwegia. [1]Rex itaque Ingui[2], quem primum[3] Swethiæ monarchiam rexisse plurimi astruunt, genuit Neorth[4], qui vero genuit Froy[5]; hos ambos tota illorum posteritas [per longa sæcula[6] ut deos venerati sunt. Froyr[7] vero genuit Fiolni[8], qui in dolio medonis[9] dimersus est, cujus filius Swegthir[10] [nanum in petram persequitur nec redisse dicitur[11], quod pro certo fabu-

[1] her begynder Cat. og Reg. [2] Cd. Ingo Cat. Inge Reg. [3] Cd Reg. primam Cat. [4] Cd. (ikke Niorth M.) Neork Cat. Neroth Reg. [5] Cd. Reg. stroy Cat. [6] Cd. mgl. Cat. Reg. [7] Reg. stroyer Cat. ffroy Cd. [8] Cat. Reg. ffiolm Cd. [9] Cat. Reg. medionis Cd. [10] Cd. swerchir Cat. swærkir Reg. [11] manum in petram proiciens non retraxisse dicitur Cat. Reg. de quo arguitur fortis tilf. Reg.

6. Throndemia] sml. Nors Indvandring fra Kvænland over Vesterbotn og Jæmtland til Throndhjem (Flat. I, 219—20).

7. Ingui] Are: I Yngui Tyrkia conungr. Flat. I, 26 har Freyr, sml. Hskr. 11: Freyr het Yngvi öðru nafni. Da Freyr ogsaa kaldes Ingunar-Freyr (Sæm.-edda, Bugges Udg. S. 119), er Ingun (ɔ: Ingves Søn) vel et Navn paa Njord. Dette 1ste Led knyttes senere til Odin (SnE. I, 28, Flat. I, 26). Efter denne første Konge kaldes Svenskerne af Thjodolv „Yngva þjóð“ (Side 98, nederst).

8. Neorth—Froy] Are: II Niǫrþr Svia conungr, III Frayr.

10. ut deos venerati sunt] sml. Hskr. Prolog: Yngvifreys þess er Svíar hafa blótat lengi siðan, og Olafssaga helga's Prolog: Ingunar-freys, er heiðnir menn caulluðu guð sinn.

10. Fiolni] Are: IIII Fiolner sa es do at Friþfroþa. Ynglingatal 1: Varð framgengt þar er Fróði bjó feigðar orð er at Fiǫlni kom, ok sikling Svigðis geira vágr vindlauss um viða skyldi.

11. Svegthir] Are: V Svegþer. Yngl.-tal 2: En dagskjarr Durnisniðja salvörðuðr Svegði vélti, þá er í stein hinn stórgeði dulsa konr ept dvergi hljóp, ok salr bjartr þeira Sökmímis jötunbygðr við jöfri gein.

losum creditur. Iste genuit Wanlanda[1], qui in somno a dæmone suffocatus interiit, quod genus dæmoniorum[2] norwegico[3] sermone mara vocatur[4]. Hic genuit Wisbur[5], quem filii sui cum omni curia sua[6], ut citius hæreditarentur[7], vivum incenderunt[8]. Cujus filium[9] Domald[10] [Sweones suspendentes[11] pro fertilitate frugum deæ[12] Cereri hostiam obtulerunt. Iste genuit Domar, qui in Swethia obiit morbo[12]. Hujus filius Dyggui[13] item[14] in eadem regione [vitæ metam invenit[15]. Cui successit [in regnum

[1] Cd. Valanda Cat. Reg. [2] Cd. mgl. i Cat. og Reg. [3] norwaico Cd. sweco Cat. og Reg. [4] Cd. dicitur Cat. Reg. [5] Cd. vysbur Cat. viisbyr Reg. [6] Cd. Reg. Cat. udeladt af M [7] Cd. hereditaretur Cat. Reg. [8] Cd. og Cat. ac familiam tilf. Reg. [9] Cat. Reg. filius Cd. [10] Cat. Reg. Dōnald (ɔ: Domnald el. Donnald) Cd. [11] Cd. sweui omnes Cat. sweci Reg. [12] Reg. (her stanser Iste Haand). mgl. i Cat. og Cd. [13] Dyggur Cd. Digguir Cat. [14] Cd. mgl. Cat. [15] Cd. vitam finiuit Cat.

1. Wanlanda] Are: VI Vanlandi. Yngl.-tal 3: En á vit Vilja bróður vitta vættr Vanlanda kom; þá tröllkund um troða skyldi liðs grímhildr ljóna bága ok sá brann á beði Skútu menglötuðr er mara kvaldi.

3. Wisbur] Are: VII Visburr. Yngl.-tal 4: Ok Vísburs vilja byrði sjávar niðr svelgja knátti, þá er meinþjóf markar öttu setrverjendr á sinn föður, ok allvald í arinkjóli glóða garmr glymjandi beit.

5. Domald] Are: VIII Domaldr (ligesaa Langfeðgatal, Langebek I, 2), medens Hskr. og Flat. I, 26 har Domalldi. Yngl.-tal 5: Hitt var fyrr at fold ruðu sverðberendr sínum dróttni, ok landsherr á lifs vanan dreyrug vápn Dómalda bar. þá er árgjörn Ióta dólgi Svía kind um sóa skyldi.

6. Cereri] „Evidens est scriptorem nostrum latinitatem effectantem Cererem ea solum causa nominasse, quod sciret immolationem pro fertilitate factam“ M. (sml. árgjörn. blóta Óðni til árs ok friðar).

7. Domar] Are: IX Domarr. Yngl.-tal 6: Ok ek þess opt um Yngva hrør fróða menn um fregit hafða, hvar Dómarr á dynjanda bana Halfs um borinn væri. Nu ek þat veit at verkbitinn Fjölnis niðr við Fyri brann.

7. Dyggui] Are: X Dyggve. Yngl.-tal 7: Kveðkat ek dul nema Dyggva hrør Glitnis gná at gamni hefir; þvíat jódís Ulfs ok Narfa konungmann kjósa skyldi, ok allvald Yngva þjóðar Loka mær um leikinn hefir.

filius ejus[1] Dagr[2], quem Dani in quodam vado, quod Sciotanvath[3] [vel Wapnavath[4] dicitur, dum passeris[5] injurias vindicare conaretur, publico bello occiderunt. Qui genuit Alrik; hunc frater suus Erikr[6] freno percussit ad mortem. Alricr[7] autem genuit Hogna[8]; istum uxor sua juxta locum Agnafit[9], [qui nunc Stokholmr dicitur[10], propriis manibus interfecit [suspendendo ad arborem cum catena aurea[10]. Cujus filius Ingialdr[11] in Swethia[12] a fratre suo [ob infamiam[13] uxoris ejus occisus est, quæ Bera dicta est (hoc nomen latine[14] sonat ursa[15]). Post hunc filius

[1] Cd. filius ejus in regem Cat. [2] Cd. Daghr Cat. [3] scrotā vath Cd. stotam uadh Cat. [4] mgl. Cd. vel wapnawadh Cat. [5] Cat. pasceris Cd. [6] Emkr̄ Cd. Erich Cat. [7] Alricr̄ Cd. Alrich Cat. [8] Hogana (med an sammenslynget) Cd., ikke Hognia, som M. læste. Ingimar Cat. [9] M. Agnasit Cd. og Cat. [10] qui nunc Stokholm dicitur Cat. mgl. i Cd. [11] Cd. Ingialdir Cat. [12] Swecia Cd. Cat. [13] Cat. ab infamia Cd. [14] Cd. lat̄ (ɔ: latine) Cat. [15] Cd. mgl. Cat.

1. Dagr] Are: XI Dagr. Yngl.-tal 8: „Frá ek at Dagr dauða orði frægðar fúss um fara skyldi, þá er valteins til Vörva kom spakfrömuðr spörs at hefna. Ok þat orð á austrvega vísa ferð frá vígi bar, at þann gram um geta skyldi slønguþref Sleipnis verðar“.

2. Wapnavath] sml. Hskr. 16[25]: þar sem heitir Skjótansvað eða Vápnavað.

3. Alrik] Are: XII Alrecr (i samme Orden, medens Hskr. 18, Langfeðgatal og Flat. I, 26 har Agne lige forud for Alrek). Yngl.-tal 10: Féll Alrekr þar er Eiríki bróður vápn at bana urðu, ok hnakkmars með höfuðfetlum Dags frændr um drepask kváðu. Fráat maðr áðr eykja gervi Freys afspring í fólk hafa.

5. Hogna] er Feil for Agna. Are: XIII Agne. Yngl.-tal 9: þat tel ek undr ef Agna her Skjálfar ráð at sköpum þóttu, þá er gœþing með gullmeni Loga dís at lopti hóf, hinn er við Taur temja skyldi svalan hest Signýjar vers.

6. qui nunc Stokholmr dicitur] findes i alle de svenske Afskrifter og er derfor vist egte; ogsaa Snorre (Hskr. 17) siger: ok er þar síðan kölluð Agnafit á austanverðum Taurinum vestr fra Stokksundi (sml. Hskr. 221). Bemærkningen forudsætter ikke nødvendigvis Byanlæg ved Stockholm.

7. Ingialdr] Are: XIIII Yngvi. Yngl.-tal 11: Ok varð hinn, er Alfr um vá vörðr véstalls um veginn liggja, er döglingr dreyrgan mæki öfundgjarn á Yngva rauð. Vara þat bært, at Bera skyldi valsœfendr vígs um hvetja, þá er brœðr tveir at bönum urðusk úþurfendr um ábrýði.

ejus Jorundr[1], qui cum[2] Danos debellasset, [ab eisdem suspensus[3] in loco Oddasund in sinu quodam Daciæ, quem Limafiorth[4] indigenæ[5] appellant, male vitam finivit. Iste genuit Auchun[6], qui longo vetustatis senio IX annis ante obitum suum [densæ usum[7] alimoniæ postponens lac tantum de cornu ut infans suxisse fertur. Auchun[6] vero genuit Eigil[8] cognomento Vendilcraco, quem proprius servus nomine Tonne regno privavit, et cum domino pedisseqvus VIII civilia bella commisit, in omnibus victoria potitus, in nono tandem devictus occubuit; sed[9] paulo post ipsum regem truculentus taurus confodiens trucidavit. Cui successit in regnum filius suus Ottarus[10], qui a suo æquivoco Ottaro[10]

[1] Cd. jorundir Cat. [2] Cd. dum Cat. [3] Cd. suspensus est Cat. [4] Cd. Limofiordh Cat. [5] Cd indigne (!) Cat. [6] Auchim Cd. haqn og aukun Cat. [7] Cat. denseusum Cd. [8] Cd. Eghil Cat. [9] Cd. et Cat. [10] Occarius, men strax nedenfor Occaro Cd. Otharus, Otharo Cat.

1. Iorundr] Are: XV Jorundr. Yngl.-tal 12: Varð Jörundr hinn er endr um dó lífs um lattr í Limafirði, þá er hábrjóstr hörva Sleipnir bana Guðlaugs um bera skyldi, ok Hagbarðs hersa valdi höðnu leif at halsi gékk.

3. Auchun] Are: XVI Aun en gamli. Flat. I, 26: Aun er IX vetr drack horn fyrir elli sakir adr hann dó (sml. Hskr. 23: lifði þá enn 10 vetr, þá drakk hann horn sem lébarn). Yngl.-tal 13: Knátti endr at Uppsölum ánasótt Aun um standa, ok þrálifr þiggja skyldi jóðs aðal öðru sinni. Ok sveiðuðs at sér hverfði mækis hlut hinn mjóvara, er okhreins áttunga rjóðr lögðis odd liggjandi drakk. Máttit hárr mæki hjarðar austrkonungr upp um halda.

6. Eigil cognomento Vendilcraco] Are: XVII Egill vendilcraca (Tilnavnet ikke hos Snorre). Yngl.-tal 13: Ok lofsæll or landi fló Týs áttungr Tunna ríki. En flæming farra trjónu jötuns eykr á Agli rauð, sá er um austmörk áðr hafði brúna hörg um borit lengi. En skíðlauss skilfinga nið hœfis hjörr til hjarta stóð. Om Tunne sml. Hskr. 24: þeir Egill konungr ok Tunni áttu 8 orrostur, ok hafði Tunni sigr í öllum; eptir þat flýði Egill konungr landit osv..

11. Ottarus] Are: XVIII Ǫttar. Yngl.-tal 14: Féll Óttarr und ara greipar dugandligr fyrir Dana vápnum, þann hergammr hrægum fœti viti borinn á Vendli sparn. þau frá ek verk Vötts ok Fasta sœnskri þjóð at sögum verða: at eylands jarlar Fróða vígframað um veginn höfðu.

Danorum comite [et fratre ejus Fasta[1] [in una[2] provinciarum Daniæ, scilicet Wendli, interemptus[3] est. Cujus filius Adils [vel Athisl[4] ante ædem Dianæ, dum idolorum sacrificia fugeret[5], equo lapsus exspiravit. Hic genuit Eustein[6], quem Gautones in domo quadam obtrusum[7] cum suis [vivum incenderunt[8]. Hujus filius Ynguar, qui cognominatus est canutus[9], in expeditione occisus est in quadam insula Baltici maris, quæ ab indigenis Eysysla[10] vocatur. Iste ergo genuit Broutonund[11], quem Sigwardus[12] frater suus[13] occidit in Himinheithi[14], quod loci vocabulum interpretatur coeli campus. Post istum filius suus Ingialdr[15] in regem[16] sub-

[1] Cat. mgl. i Cd. [2] indsat i Lighed med: in una provinciarum Norwegiæ Side 115[15]. Aabent Rum til 4 à 6 Bogstaver i Cd. [3] Cat. intptatus Cd. [4] vel Adhisl Cat., mgl. i Cd. [5] Cd. fugat Cat [6] Cd. Eysten Cat. [7] Cd. obstrusum Cat. [8] Cd. incenderunt vivum Cat. [9] Gj. kanutus Cat. canawtus Cd. [10] rettet. Eycilla Cd. Øsyliæ Cat. [11] broutonnud Cd. bræ̅tomūd Cat. [12] Cat. Swardus Cd. [13] Cat. eius Cd. [14] Himinherthy Cd. Næricia Cat.. [15] Cd. Ingiældir Cat. [16] Cat. regnum Cd.

2. Adils vel Athisl] Are: XIX Aþisll at Uppsolom, ligesaa Flat. I, 26. Yngl.-tal 16: þat frá ek enn at Aðils fjörvi vitta vættr um viða skyldi, ok dáðgjarn af drasils bógum Freys áttungr falla skyldi. Intet i Verset svarer til „ante ædem Dianæ dum idolorum sacrificia fugeret", sml. Hskr. 28, at „Aðils konungr var at dísablóti ok reið hesti um dísarsalinn" [= ædes Dianæ].

4. Eustein] Are: XX Eysteinn. Yngl.-tal 17: Veit ek Eysteins enda fólginn lokinn lífs á Lofundi, ok sikling með Svíum kváðu Iótska menn inni brenna. Ok bitsótt í brandnói hlíðar þangs á hilmi rann, þá er timbrfastr tóptar nökkvi flotna fullr um fylki brann.

6. Ynguar] Are: XXI Yngvarr, Flat. I, 26: Yngvarr hinn haari. Yngl.-tal 18: þat stökk upp, at Yngvari Sýslu kind um sóat hafði, ok ljóshömum við lagar hjarta herr Eistneskr at hilmi vá, ok austmarr jöfri sœnskum Gýmis ljóð at gamni kveðr.

6. canutus] mlat. = canus (ital. canuto, sml. fr. *chenu*), Oversættelse af „hinn haari" (Flat.), der svarer til „ljóshömum hilmi" i Verset.

8. Broutonund] Are: XXII Bratonundr. Yngl.-tal 19: Varð Önundr Iónakrs bura harmi heptr und Himinfjöllum, ok ofvæg Eistra dólgi heipt hrísungs at hendi kom, ok sá frömuðr foldar beinum Högna hrørs um horfinn var. Hskr. 31 fortolker Verset om et Sneskred.

10. Ingjaldr] Are: XXIII Ingialldr *en illraþi*. Yngl.-tal 20: Ok Ingj-

limatur, qui ultra modum timens[1] Ivarum cognomine[2] withfadm[3] regem tunc temporis multis formidabilem se ipsum cum omni comitatu suo cenaculo inclusos[4] igne cremavit. Ejus filius Olavus cognomento tretelgia[5] diu et pacifice [functus regno[6] plenus dierum obiit in Swethia.

Olavus genuit Halfdanum[7] cognomine hwitbein[8], quem de Swethia venientem Norwegenses[9] in montanis sibi regem constituerunt[10]; hic provectus ætate in provincia Thotne[11] reddidit spiritum[12]. Hujus filius Eustein[13] cognomento bumbus, dum

[1] Cd. mgl. Cat. [2] Cd. cognomento Cat. [3] Cd. Vithfadhin Cat. [4] Cd. inclusus Cat. [5] tetelgia Cd. trætælghiæ Cat. [6] Cat. firmiter in regno Cd. [7] Cd. Haldauum Cat. [8] hwithein (eller -em) Cd. huitben Cat. [9] Noruegenses Cat. Norwagenses Cd. [10] Cd. constituunt Cat. [11] Thothne Cat. Tothne Cd. [12] her ender Cat. [13] Eusten Cd.

ald ífjörvan trað reyks rösuðr á Ræningi þá er húsþjófr hyrjar leistum goðkonung í gegnum steig. Ok sá urðr allri þjóðu sjalðgætastr með Svíum þótti, er hann sjálfr sínu fjörvi frœknu fyrstr um fara vildi.

3. Olavus cogn. tretelgia] Are: XXIIII Olavr tretelgia (Sviakonungr). Yngl.-tal 21: „Ok við vág, hinn er víði ár (?), hræ Ólafs hofgyldir svalg, ok glóðfjálgr gervar leysti sonr Fornjóts af Svía jöfri. Svá áttkonr frá Uppsölum Lofða kyns fyrir löngu hvarf". Hverken Are eller Hist. Norv. synes at kjende Sagnet om Olavs Ophold i Værmland. Hskr. 37 fortolker Verset saaledes, at Olav blev indebrændt af sine Mænd, men Hauks Þáttr af Upplendingakonungum (FaS. II, 103) siger kun, at Olav „var þar konungr til elli" (ɔ: døde af Sygdom).

6. Halfdanum hwitbein] Are Cap. 1 og 12: XXV Halfdan hvitbeinn Upplendinga conungr, cfr. Hauks Af Uppl.: H. h. eignaðist Raumaríki ok mikit af Heiðmörk, hann varð sottdauðr á þottni ok var hann fluttr á Heiðmörk ok heygðr þar. Yngl.-tal 22: Þat frá hverr, at Halfdanar sökmiðlendr sakna skyldu. Ok hallvarps hlífinauma þjóðkonung á Þótni tók. Ok skæreið í Skírissal um brynjálfs beinum drúpir.

9. Eustein cogn. bumbus] „Apud Arium multiscium (Cap. 1) *Eysteinn fretr*, quod cognomen non invenitur apud Thjodolfum et Snorronem [og Af Upplendingakonungum]. *Fretr* i. e. strepitus ventris, media latinitate interdum *bombus* appellatur (vid. lexicon Cangii), unde *bombere* i. q. pedere." (M.). Yngl.-tal 23: En Eysteinn fyrir ási

inter duas insulas strictim in pluribus navibus velificassent, trabe alterius navis e puppi percussus undisque[1] submersus disparuit. Huic successit in regnum filius suus Halfdan auri prodigus cibique tenacissimus[2], stipendiarios[3] namque suos auro donavit eosdemque fame maceravit. Hic genuit Guthrodum[4] regem venatorem, qui a sua propria uxore seductus est, ipsa enim quendam tironum pretio corrupit, qui regis latus lancea[5] perforavit. Hujus filius Halfdanus cognomento niger[6] regnum post patrem item in montanis obtinuit; qui dum noctu per cujusdam stagni glaciem, quod Rond nominatur, iter ageret, cum curribus et equitatu magno a cena rediens in quandam scissuram, ubi pastores gregem suum adaquare solebant, improvide advectus sub glacie deperiit. Post istum filius suus Haraldus comatus, ob decoram cæsariem sic cognominatus, totius maritimæ zonæ reg-

[1] M. undique Cd. [2] B. tentissimus. [3] M. stipendarios Cd. [4] saa Cd., ikke Gunthrodum, som M. læste. [5] lancia Cd. [6] jngar Cd. (ikke Nigar, som M. læste).

fór til Byleists bróður meyjar osv. Af Uppl.: Eysteinn konungr fell fyri borð ok sló hann beitiâs í sundi einû mjóvu.

3. Halfdan auri prodigus cibique tenacissimus] Are (Af Uppl., Heimskr.): Halfdan en milldi oc en matarilli. Af Uppl.: hann gaf gull í mála hirð sinni svá mikit sem aðrir menn gáfu silfr, en hann tímdi eigi at gefa mönnum sínum mat, því var hann kallaðr H. e. m. ok e. m.

5. Hic genuit Guthrodum regem venatorem] Are: foþur Goþroþar veiþi conungs. Hskr. 40[3]: hann var kallaðr hinn göfugláti, en sumir kölluðu hann veiðikonung (ogsaa i Fagrsk. kaldes han Guðröðr veiðikonungr). Yngl.-tal 25: Varð Guðröðr hinn göfugláti lómi beittr sá er fyrir löngu var, ok umráð at ölum stilli höfuð heiptrækt at hilmi dró. Ok launsigr hinn lómgeði Ásu árr af jöfri bar, ok buðlungr á beði fornum Stiflusunds um stunginn var. Af Uppl.: Guðröðr enn göfugláti — — var lagðr með kesju, er hann gekk af skipi sínu í Stiflusundi seint um kveldi; hafði Ása kona hans eggjat mann til at drepa hann.

8. hujus filius Halfdanus cogn. niger] Are: foþur Halfdanar ens svarta. Ágrip 1—2: En sia er hætr a davþdaga Halfdanar. hann þa veitlo á Haþalandi. en þa er hann fór þaþan í sleþa þa drucnaþi hann i Rænd *i Rvkinvio* þar er nautabrvnnr var.

13. Filius suus — — primus] Are: foþur Harallz ens harfagra es fyrstr varþ þess cyns einn conungr at ollom Norvegi.

num nactus est primus; mediterraneæ quidem zonæ adhuc reguli præsidebant, sic tamen quasi sub ejus dominio. De hoc memorantur multa et mirabilia, quæ nunc longum est narrare per singula. Hic regnabat LXXIII annos et genuit XVI filios. Primogenitus Ericus, qui cognominatus est blothoex[1], id est sanguinea securis. Secundus Hacon, quem Adalstanus rex Anglorum sibi in filium adoptavit. Tertius Olavus. Quartus Berno, quod interpretatur ursus. Quintus Sigwardus[2] cognomento gigas. Sextus Gunrodus. Septimus Guthrodus. Octavus Halfdanus hafoeta. Nonus Rognvaldus[3] retilbein[4], qui[5] a quadam fitonissa[6] in provincia Hathalandia[7]

[1] blothex Cd. [2] Swardus Cd. [3] Rognaldus Cd. [4] Recilbein Cd. [5] mgl. Cd. [6] fetonissa Cd. [7] hatlandia (ɔ: Hetland!) Cd.

1. adhuc] ɔ: fremdeles, ligesom under hans Forfædre Uplendingekongerne (se Hskr. 43[20]). En af disse Haralds Underkonger var vel Eystein af Hedemarken, en anden maaske Ring Dagssøn af Ringerike (Hskr. 63[16], Olafssaga helga Cap. 1), sml. Aarbøger for nord. Oldk. 1873 S. 384.

3. multa et mirabilia] sigter rimeligvis til Sagnene om Haralds Juleophold hos en Finn (Hskr. 47—48, hvoraf en Levning i Ágrip Sp. 1) og om Snefrid den finske (Ágrip 4—7, Hskr. 66—67).

4. LXXIII annos] sml. Sæmunds Konungatal (Flat. II, 520): Reed þria vetr þundar bediu siklingr snarr ok siau tigi. Olafssaga helga c. 1: Haraldr toc konungdom X vetra gamall, en reð landi LXXIII.

4. XVI filios] sml. Ágrip 3—4: oc atti suno tvitian oc meþ morgom conom. como þo tveir einer til konungs nafns. Eiricr bloþax oc Hacon goþi. var Eiricr blǫþax (i) ælzta lagi sona hans. annarr Hocon i yngsta lagi er Aþalsteinn Englands konungr toc i sunar staþ. þriþi Olafr digrbeinn. IIII. Biorn caupmaþr sumer calla buno (ɔ: Berno). V. Goþormr. VI. Halfdan svarti. VII. Dagr. VIII. Hringr (= 15). IX. Goþraþr scitia. X. Rǫgnvaldr (= 9). XI. Sigtrvgr (= 12). XII. Froþi. XIII. Hrarecr. XIIII. Trvggvi (= 14). XV. Gvnraþr (= 6). XVI. Austeinn (= 10). XVII. Sigvrþr hrisi (= 5). XVIII. Guþraþr (= 7) liome. XIX. Halfdan hvitbeinn er sumer calloþo hafato (= 8). XX. Rognvaldr raykill er sumer calla Ragnar.

9. Rognvaldus retilbein] Sml. Vitgeirs Vers (Hskr. 75): Þá er vá lítil at vér síðim karla börn ok kerlinga, er Rögnvaldr

nutritus est et in eadem arte mira ut nutrix operatus est. Decimus Eusteinus. XI. Jorundus. Duodecimus Sigtrygr[1]. XIIIus Ynguar. XIIIIus Truggui[2]. XVus Ringr. XVIus Rolfr.

Quorum ætate primus regnum post patrem Ericus sanguinea[3] securis acquisivit[4], ducens de Dania uxorem nomine Gunnildam quandam maliticam et iniquissimam, Gorms[5] stultissimi Danorum regis filiam ac Thyri mulieris prudentissimæ. Ex qua scilicet Gunnilda genuit sex filios, scilicet Haraldum cognomine grafeld, secundum Gamla, tertium Sigwardum[6] lioma, quartum Gunrodum, quintum Erlingum, sextum Gorm. Hic cum annum regnasset, sed[7] ob nimiam insolentiam uxoris nemini placuisset, a fratre suo Hacone alumno [Adalstani regis[8] Angliæ, idem consiliantibus Norwegiæ primatibus, regno privatus in Angliam profugus secessit;

[1] Sygtygr Cd. [2] M. Truggin Cd. [3] sanguine Cd. [4] B. qui sibi Cd. [5] Gorins Cd. [6] Swardum Cd. [7] indsat af B. [8] M. ad Alstam (eller Alstanj) regem Cd.

síðr rettilbeini hróðmögr Haralds á Haðalandi. Sml. ogsaa Ágrip: Rǫgnvaldr raykill er sumer calla Ragnar er var svnr Finncono einnar er colloþ var Sníofríþ dotter Svasa Finconungs oc bra honum til moþor sinnar. var hann callaþr seiþmaþr, þat er spamaþr. oc var staþfastr a Haþallandi oc siþdi þar oc var callaþr scratti.

5. Gunnilda] Ágrip (8) og alle islandske Sagaer overhovedet er enige om, at Gunhild var Datter af Assur tote eller Lavskegg fra Hálogaland (Fagrsk. c. 24, Hskr. 72, Egilssaga c. 37, Njálssaga c. 3), og at hun var opfostret i Finmarken for at lære Trolddom.

6. Gorm stultissimus rex] sml. Jóms.saga (Fnm. S. XI, 3) om Gorm den gamle: sá var fyrstr kallaðr Gormr hinn heimski, en þá er hann var roskinn kallaðr Gormr enn gamli ok enn ríki"; at den samme menes, sees af de opkaldte Navne: Gormr og Gamle.

7. Ex qua sc. Gunnilda genuit] sml. Ágrip 8: Þeira svner voro þeir Gamli oc Goþþormr. Haraldr grafeldr oc Erllingr Sigurþr sleva. enn ero nefnder fleiri. Goþrøþr líomi oc Ragnfrøþr. Halfdan oc Ayvindr oc Gormr.

13. regno privatus &c.] sml. Ágrip 8: Enn þat gorþisc þa umb Eirics æfi bloþøxar. er hann flýþi ór landi at hann fluttisc meþ scipaliþi vestr til Englans oc var þar í utilego oc i hernaþi oc beidisc miscvnnar af Englanz konungi sem Aþalsteinn konungr hafþi honum heitit. En hann þa af konunginom iarlsriki á Norþimbra-

ibi a pædagogo fratris sui[1] bene susceptus fonteque baptismatis lotus toti[2] Northimbriæ comes præficitur eratque omnibus gratissimus, quousque improba uxor ejus scilicet [Gunnilda illo[3] adventasset. Cujus pestiferam rabiem non ferentes Northimbri jugum illorum intollerabile statim a se discusserunt[4]; at ille in Hispaniæ finibus cum piraticam[5] exerceret, bello tentatus occubuit, ipsa vero cum filiis ad fratrem suum Haraldum regem Danorum reversa est.

Hacon a maritimis Norwegiæ gentibus rex assumitur. Hic a christianissimo rege in Anglia officiosissime educatus in tantum errorem incurrit, ut miserrima commutatione æterno transitorium præponeret regnum ac detinendæ[6] dignitatis cura (proh dolor) apostata factus, idolorum servituti subactus, diis et non deo serviret. Qui quamvis labilis regni cæca ambitione a durabili dignitate æternaliter labefactus, cunctis tamen in paganismo degentibus diligentius leges patrias et scita plebis[7] observabat regibus. Ob hoc quidem principibus carus, vulgo devotus, XXVII[8] annis[9] suam hereditariam strenuissime defensabat patriam. Cui contra nepotes suos ex fratre matremque eorum Gunnildam in ultimis annis[9] vitæ suæ ferme continuum bellum fuit, e quibus publica et præcipua duo fuerunt: aliud in provincia Northmoere[10]

[1] M. suis Cd. [2] totus Cd. [3] Guñ (ɔ: Gunnilda) illo Cd. [4] M. discusserit Cd. [5] M. paraticã Cd. [6] M. (nFH a 725) deinde Cd. [7] M. plebem Cd. [8] saa Cd., ikke XXIIII, som M. læste. [9] ãnũ Cd. [10] Northimore Cd.

landi. gerþisc þar enn meþ rá/þom Gunhildar kono sínnar sva grimr oc graúpr uiþ lvþ sínn at hann þóttisc uarlla bera mega. Af þvi rębzę hann í hernoþ oc i uiking viþa i uestrlandum oc fell Eíricr i Spanialandi í útilego. En Gunhildr snǽrisc aftr til Danmarcar til Haralds konungs er þa var konungr i Danmorco oa var þar meþ svnu sina til þess er þeir uǫro ra·scner menn mioc sva at aldri.

9. maritimis] sml. nedenfor 108[12] og Odd c. 15 (M): en fra þeim einum segiom ver konungvm er með sianum rikðu ok yfirkonungar voro lanzins þvi at margir konungar voro a Uplavndvm yfir fylkiom fra Haraldi komnir.

13. serviret] sml. Fagrskinna c. 29: Fyrir huggœðis sakar ok ástar við vini sina þá gerði hann eptir bœn þeirra ok blótaði.

17. XXVII annis] sml. Snorres Olafs saga helga c. 10.

21. E quibus publica] „Ignorat ita noster proelium in insula Karmt prope Agvaldsnes“ (M). Ligesaa Fagrskinna cap. 31.

in quadam insula Fræthi[1], loco Rastarcalf[2], ubi Gamle filius Gunnildæ et maxima pars exercitus illorum de quodam promontorio in maria præcipitati sunt; aliud in Gulaciæ finibus in quodam oppido nomine Fittium[3] maximum commiserunt bellum, in quo congressu plurimi ceciderunt de utralibet parte; ceciderunt etiam duo filii Gunnildæ, scilicet Gormr[4] et Erlingr, reliqui vero fratres eorum fugerunt. At in ipsa fuga puer quidam de cohorte illorum hastam dirigens in aciem hostium, qua ipsum regem Haconem in dextro lacerto letali plaga vulneravit. Quod factum divina ultione tali eventu accidisse lippis et tonsoribus liquido apparet, ubi puerum Christum denegare ausus hic divictis hostibus ab ignobili puero devinceretur. Sed dum ad villam suam Alrecstathi[5] redire disponeret, in quodam portu, ubi genitus[6], etiam mortuus est, unde idem locus perpetuum sortitus est vocabulum Haconar hella, id est Haconis petra.

Post hæc tota maritima zona Gunnildæ filiisque ejus Haraldo [Sigwardo et Gunrodo[7] XIIII annis subdita erat; sub isto-

[1] Frethi (ɔ: Fræði) Cd. [2] Restarcalf Cd. [3] Ficicum Cd., rettet efter Ágrips Fittiom. [4] bornir Cd. [5] eller Alrecstather? Alretstrathr Cd. [6] genitus natus Cd. Bugge formodede genitrice natus. [7] Sig z būrodo. Siwardo et Gunrodo Cd.

1. Fræthi] sml. Fagrskinna c. 31 og Snorres Olafssaga helga c. 10.

5. Ceciderunt] cfr. Ágrip 16: þa snærisc bardaginn a hendr þeim brǫþrom oc fello þa þeir Gormr oc Erlingr i þeirri oc fiolþi manna, en allir brǫþr þeira flyþo til scipa.

10. lippis et tonsoribus] cfr. Horatii Sat. I, 7, 4: Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.

12. dum ad villam] sml. Ágrip 16: þa baþ hann konungrinn flvtja sic til Alrecsstaþa, en a leiþinni como þeir uiþ hello þa er nu heiter Hoconarhella, þar hafþi hann fa/ddr verit — —.

17. XIIII annis] sml. Ágrip 19: Haraldr *grafe*ldr var konungr x.. vetr. hann fvlgþi rǫþom moþor sinnar oc. gorþi harþan rett landsmanna oc þeir aller brá/þr. uar um þeira ævi í Noregi svltr oc sávra oc hverscvns illr yfirgangr. Þeir uoro aller ofstopa menn oc bardaga. uoro oc nalega aller fvr þvi drepner at menn motto eigi þola þeim ofriki oc olog. Sva er sagt at Uorsar gerþo fa/r at Haraldi konungi (oc þeim bra/þrom) oc Sigurþi a þingi eino oc uildo taka af lifi. enn þeir comosc undan. En þeir drǫpo siþan Sigurþ

rum imperio exigente nequitia prælatorum maxime oppressa est Norwegia fame ac qualibet injuria. Sed Sigwardus[1] a plebeis Worsorum[2] principante[3] Wemundo volubriot[4] in concilio[5] cum multis occisus est, Gunrodum[6] vero in villula Alrecstadum[7] (juxta quam nunc sita est Bergonia civitas opinatissima[8]) quidam Thorkellus[9] clyppr cognominatus, cujus uxorem invitam stupraverat, gladio perfossum vita privavit, quem unus de stipendiariis[10] suis nomine Erlingus senex viriliter vindicavit. Ast[11] [Haraldus

— —

— —.

Ast] e magna numerositate filiorum Haraldi comati illi duo, scilicet Ericus et Hacon, loco patris maritimis imperasse memorantur,

[1] Siwardus. [2] M. vrsorum Cd. [3] M. principate Cd. [4] volubiut Cd. [5] consilio Cd. [6] M. Gunrodus Cd. [7] M. Alretstadum Cd. [8] B. oppmatissima Cd. [9] torkellus Cd. [10] rettet som S. 103[4]. [11] Cd. betegner ikke Lacune.

slęfo á Alrecsstoþom. var þar flocsforingi Vemvndr uǫlo-briotr. drap Sigurþ maþr sa er het þorkell clypr er Sigurþr hafþi tekit kono hans nauþga. lagþi hann Sigurþ gegnom meþ sverþi. Oc hefndi hans þegar hirþmaþr hans sa er hét Erlingr gamle. *I þan tiþ bauþ Haraldr Dana konungr Haraldi grafeld til sin af uęl. hann com í Limafiorþ þrim scipom en þar com a hendr honum Gullharaldr sunr Knutz broþorsunr Haraldz blatannar meþ IX scipom. oc meþ ráþagorþ þeirra Hoconar iarls er þa uar iarll i Norege at foþorleif sinni siþan þeir brǫþr ręþo foþor hans a Hœclóe i þrondheime. En er Haraldr konungr grafelldr sa at hann uar svicom oc ofliþi borinn. þa mælti hann uiþ Gullharald þat hlǽger mic at ec se scamman þin sigr fvr þvi at Hocun iarl frændi várr ferr her meþ liþi oc drepr vþr a fœtr oss þegar léiþ oc hefner sva var. Þar fell Haraldr konungr grafelldr at Halsi i Limafirþi oc liþ hans alt. En Hocon iarl drap þegar Gullharald oc uan sva Noreg under sic meþ scatgildi uiþ Dana konung.* Et tilsvarende Stykke maa være udfaldt i Hist. Norv., som ellers intet vilde have om Haralds Død og Regjeringsforandringen. Aarsantallet i Ágrip er usikkert; det kan have været XII (som hos Thjodrik) eller XV (som hos Are og Snorre), men der er neppe Rum til XIIII. Om Forskjellen mellem Beretningen om Sigurd Slevas Død i Ágrip og Hist. Norv., se Aarb. f. nord. Oldk. 1873 S. 6 og 373.

5. Bergonia civ.] ellers altid Bergensis civitas og Bergæ (f. Ex. ovenfor S. 64), oldn. Bergvin, Biargvin eller Biorgvin (DN. passim).

5. opinatissima] opinatus mlat. = probus, bonæ famæ, celebris (Ducange).

ceteri[1] in montanis regnabant, quidam autem ex ipsis ante regnandi tempora vitam finierunt: Halfdan[2] enim[3] hafoeta[4] ab Orchadensibus interfectus est, sed Rognvaldus[5] retilbein ob usitatam inertissimæ artis ignominiam infamatus jussu patris in Hathalandia[6] fertur ingurgitatus. At Berno et Olavus fratres illorum admodum utilem suis posteris reliquerunt sobolem, quippe cum de illorum progenie sint progressi illi salutares æquivoci duo Olavi, qui quasi clara coeli luminaria suam sacræ luce fidei illustrabant patriam. Berno etenim filius Haraldi comati nutritus in Grenlandia, ubi etiam regnasse dicitur, genuit Gudrodum, item Gudrodus genuit Haraldum[7] grensca, qui in Grenlandia educatus ibidem[8] regnavit. Iste duxit uxorem valde elegantem nomine Asta filiam Gudbrandi culu[9], quæ sibi peperit Olavum perpetuum regem Norwegiæ; istam Astam post mortem mariti sui in matrimonium sibi copulavit Sigwardus[10] scrofa rex montanus. Sigwardus[11] risi (id est gigas) filius Haraldi comati genuit Halfdanum

[1] ceti qui Cd. [2] Halfdam Cd [3] vero Cd. [4] hafota Cd. [5] Regnaldus Cd. [6] Hatlandia Cd. [7] Harold' Cd. [8] ibique Cd. [9] culij Cd. [10] Suardus Cd. [11] Siwardus Cd.

2. ab Orchadensibus] sml. Jarlasaga (Flat. I, 123), Hskr. 71. og Snorres Olafssaga helga c. 1 (Halfdan haleggr fell i Orkneyium).

3. Rognvaldus retilbein] Hskr. 75 (Olafssaga helga c. 1).

5. ingurgitatus] „Concrematus fuit Rognaldus [jussu patris] a fratre ipsius Erico, non ut habet Noster ingurgitatus.“ M.

5. At Berno et Olavus] sml. Odd Cap. 14 (Fnm. S. X, 272): Af þessom konungum, er fra Harallde enom harfagra ere komnir voro ageztir Tryggvi konungr [faþir Olafs er nu er frasagt] oc Haralldr en grenski faþir Olafs hins helga es siþan var einvallde Noregs rikis.

9. Berno—in Grenlandia] ellers siges Bjørn at have hersket i Vestfold (Hskr. 76).

11. Haraldum—in Grenlandia regnavit] Efter Hskr. blev han fostret i Grenland (S. 119), men herskede over Vingulmark, Vestfold og Agder (S. 135), hvilket vistnok er uhistorisk.

15. Sigwardus scrofa rex montanus] = Sigurðr sýr Upplendingakonungr.

16. risi — id est gigas], urigtig Oversættelse, thi i islandske Skrifter (Ágrip, Sæmunds Konungatal, Heimskringla, Morkinskinna)

patrem istius Sigwardi[1]; hic vero genuit Haraldum ex eadem Asta virum sagacissimum et in bellica arte peritissimum, de quo quasi quodam filo textus genealogiæ regum[2] Norwegiæ hucusque protelatus gloriose descendit. At Olavus filius Haraldi comati genuit Turgonem. Iste Turgo nutritus in provincia Roumorum, ubi primitus regnasse dicitur, quandam Astridam virginem decoram de montanis duxit uxorem. Hic postea orientali sinu sibi subjugato a patruelibus suis, videlicet filiis Erici[3], callide seductus in quadam insula parva penes provinciam Rænorum[4], dum inter se pacem firmare deberent, dolo occisus est, unde usque hodie locus ille Trugguaroyr[5] (id est tumulus Turgonis) vocitatur. Hujus dolosam necem multi aliter accidisse astruunt: namque[6] cum ipsi provinciales (scilicet Ræni[4]) ejus[7] imperialem rigorem

[1] Siwardi Cd. [2] regnū Cd. [3] M. tilføier urigtigt: regis. [4] Renorum og nedenfor Reni (ɔ: Ræni) Cd. [5] Turgguuaroyr Cd. [6] denique Cd. [7] M. cujus Cd.

kaldes han *hrísi*, i Fagrskinna rísi d. e. uegte Søn med fri Kvinde (sml. rísungr NgL I, 48, rísa NgL I, 206, sv. rishöfþe).

1. Haraldum] sml. Ágrip 63: Haraldr var sunr Sigurþar svrar en Sigurþr sunr Halfdanar er sumir colloþo heikilnef en sumer hvitbeinn. en Halfdan sunr Sugurþar hrísa er uar sunr Haralds harfagra.

4. At Olavus] sml. Ágrip 29—31: Olafr het sunr Haraldc er faþer var Trvgva er of daga Gunhildar suna toc konungs nafn og uald a Ravmariki . . . . . . oc uar þar tekinn af lifi a Sa'tanesi oc er þar haugþr oc calla menn þar Trvggva ravr. En aftac hans segia eigi aller einom hætti. sumer chenna buavndum at þeim þotti vfirboþ hans hart oc dravpo hann a þingi. sumir segia at hann scvldi gera sǽt uiþ foþor broþor suno sina oc toco þeir hann af meþ svicom oc illræþom Gunhildar konunga moþor. oc trua þvi flester. En efter frafall hans þa flvþi Æstriþ er Trvggvi hafþi fengit a Upplavndum bra't til Orcnayia meþ Olaui þręuetrum svni sinom oc Truggva at forþasc bæþi flaræþi Gunhildar oc svna hennar oc Hoconar iarls er a'll kipþusc þa en um Noreg þviat eigi uaro þa enn svner Gunhildar af lifi tekner. oc com hon til Orcnayia m'eþ þrimr scipsavgnum. (Fortsat S. 111).

13. Ræni] Munch rettede Haandskriftets Reni til Rani; urigtigt, da det oldnorske Navn paa Folket er Rænir. „Dette forholder sig til Ránríki omtrent som Lœir, Háleygir, Læsir til Lóar, Hálogaland, Lesjar. I Saga Inga ok brœðra hans i Heimsk. Kap. 19 har Unger med rette beholdt við bœndr Ræni ok Hísingbúa og i Einar Skulessøns Vers Rænir, medens Mork-

minime[1] ferre valerent, indicto[2] concilio[3] quasi pro communi utilitate regni, in quo ipsum regem per manus quorundam tironum[4] Saxa, Scorra ac Screyiu[5] pretio corruptorum fraudulenter necatum fecerunt. Sed sive ab istis sive ab illis, in eadem insula loci vocabulum ipsum demonstrat occisum. Interea ipsa Astrida jam gravida in tribus navibus cum decenti comitatu Orchades petiit ibique fidissime concesso asylo felix puerpera regem futurum, quem nominavit Olavum, est enixa[6], per quem Christi monita tandem Norwegia cepit saluberrima. Post mortem vero filiorum Gunnildæ quidam Hacon (ob intemperatam animi crudelitatem nequam cognominatus) cunctis exterminatis regulis perditisque [7]tributiferis Sweonum totius Norwegiæ monarchiam sub comitali dignitate sibi usurpavit maluitque comes quam rex secundum suos seniores vocari; hic namque patre Sigwardo[8], matre vero Bergliota[9] filia Thoris tacentis, ex Moerensium[10] ac Halogensium[11] comitum prosapia extitit oriundus. Iste in armis potens[12], sed idolatriæ obnixe deserviens, plerasque patrias circumcirca debellans suum longe lateque perampliavit imperium. Sed cum[13] in

[1] miime Cd. [2] in dicto Cd. [3] consilio Cd. [4] M. tirannorum Cd. [5] B. streyiu eller streym Cd.. [6] M. enexa Cd. [7] foran er skrevet tributariis, men atter udstrøget. [8] Siwardo Cd. [9] M. begliota Cd. [10] nobilissiũ Cd. B tænker paa: nobilissima Moerensium. [11] halogensuũ Cd. [12] inpotens Cd. [13] mgl. Cd.

insk. S. 224 f. vistnok feilagtig har Remi, Remir og andre Haandskrifter Reini, Reinir". B.

9. Post mortem] cfr. Ágrip 22: „Enn efter frafall Haralds comr Hocon iarl til rikis ok hafþi ein Noreg allan mioc sva oc under iarls nafne sem hans forellrar hǫfþo haft. Æt hans var af Holǫyiom oc af Mǫrom oc iarla æt í hvara tueggia quisl oc uildi hann fvrir þvi eigi tigna sik konungs nafne. Faþer hans hét Sigurþr hvrna iarl en moþer hans Bergliot dotter Þoris þegianda iarls af Mǫri. hann atte Olofo dottor Haralz harfagra hon uar moþer Bergliotar". Om hvrnaiarl (= Yrna jarl) sml. Bugges Bemærkninger i Fortalen til Gjessing's Jómsvíkingasaga i latinsk Oversættelse af Arngrim Jonsson S. XIII.

12. tributiferis Sveonum] sml. Odd Cap. 48 (Fnm. S. X, 318) paa Olav Trygvessøns Tid: fiallbygðir lágu eigi undir Noregs konunga, er með siónum ríc̄ðu, því at Uplendinga konungar, er fylkiom réðu, þiónuðu til Svía konungs. (I Munchs Udg. Cap. 39 mangler den spærrede Sætning).

18. Sed cum] sml. Ágrip 31—34: En meþ þui at eigi matti

Orchadibus pupillum puerum didicit natum, protinus illi parat insidias, quem se suspicatur regno privaturum. Mater vero quamquam filium utpote unicum tenerrime diligeret, postquam comitis consilia comperuit malivola, ipsum cum dei (credo) providenti clementia a se sequestrando cuidam Thorolfo[1] cognomento lusaskeg[2] in Swethiam deferendum dedit alumnum. [Qui eum cum[3] omni

[1] mgl. Cd. [2] M. lusaskeo Cd. [3] Quō cum Cd.

leynasc ferþ hennar. oc mart cvnni til svica geraþ. þa sendi hon barnit abraut meþ manni þeim er sumer calla Þorolf lusarsceg, sumer loþskeggi (?). oc hafþi hann barnet a lav́nungo a bravt til Noregs oc flvtti meþ miclom ꜹtta til Sviþioþar oc ór Sviþior villdi hann fara til Hꜹlmgarþc. þviat þar uar noquot ætterne hans. En þa quomo Æístr at scipi þvi er hann var á oc var sumpt dreipit af enn sumpt herteichit. fostri hans dreipinn enn hann herteikinn fvr aý þeirri er heiter Æisv́sla enn siþan seldr í nauþ. Enn guþ er þetta barn hafþi cosit til stórra hluta stilti honum til lavsnar meþ þeim hǽtti at maþr com til Estlandc sendimaþr konungs af Hǫlmgarþi er uar sendr at taka scat at landino oc uar frændi barnsens oc lausti frænda sinn oc hafþi til Hꜹlmgarþs oc uar hann þar umb hriþ. sva at ecki var margra manna uitorþ a hans ǽtterne. En þa er hann var XII vetra gamall þa gerþisc sva til at um dag necqueru a torgi þa kendi hann i hendi manni ꜹxi þa er þorꜹlfr hafþi haft oc leitaþi efter atbvrþom hve honum hefþi su ꜹ́x comit oc uarþ af hins ansvꜹrom sanfrꜹþr at þat var bæþ ꜹx fostra hans oc sva bani. oc toc ꜹxina or hendi honum oc drap þann er þangat hafþi oc hefndi sva fostra sins. Enn þar uar manhelgr michil oc miclar uiþlꜹgvr uiþ mannz aftac. oc fec hann þat til raþz at hann hliop a hald drotningarennar oc meþ bꜹn hennar oc af þvi at hvatlict þotti uera uerket manni XII uetra gomlom at uinna oc af þvi at sanlig þotte hefndinn uera. þa þa hann miscunn af konunginum oc toc siþan at uaxa uitorþ of hann oc svá metorþ oc allt yfirlæiti. En siþan er álęiþ a stundina þa uar honum fengit liþ oc scipastol oc for hann bæþi á eít land oc ꜹnnor lꜹnd oc heriaþe. oc ꜹcꜹþo floc hans brat Norþmenn oc Gautar oc Daner oc uan nu storuirki. oc aflaþe sér meþ þvi frægþar oc goþs orþlags. Hann drvgþi uiþa herscap bæþi a Uęndlande oc a Flæmingialandi. a Englandi oc a Scotlandi. a Írlandi oc a morgom ꜹþrom lꜹndum. hafþi iþulega uetrseto sino a Ueianlandi i borg þeiri er het Iomsborg.

diligentia enutriendum suscipiens ac proprio sinu imponens per maxima pericula Throndemiæ transivit confinia; post hæc venit in Swethiam, ubi moram gessit per horam, inde tendit[1] in Rusciam, sed devenit in Eistriam[2]. Denique dum ante Eysyslam[3] vela tenderet, a piratis præventi partim prædantur partim necantur; inter quos pueri nutritor etiam capite plectitur, ipseque[4] puer Olavus Eistriis[2] in servum venumdatur[5]. Inde a quodam Olavus[6] suo cognato redimitur, qui tunc forte a rege Ruscisæ causa colligendi tributa eo legatus[7] fuit, cum quo aliquot annis latenter mansit in Ruscia. Hic cum esset circiter XII annorum, in medio foro Holmgardiæ[8] pædagogum suum viriliter vindicavit, et inaudita ultio vix duodennis[9] [pueri ilico[10] auribus regiis intonuit; unde regi præsentatur, a quo demum filius adoptatur. Factus adolescens piraticam exercens Baltica[11] littora[12] perlustrando, cunctis gentilibus id locorum formidabilis existendo, inscius deviatur[13] a deo ille magnificus prædo. Augmentabant enim ejus classem Norwegenses ac Dani, Gautones et Sclavi, qui cum illo in[14] civitate Jome[15], quæ est firmissima inter Sclaviæ urbes, hiemales frequentabant sedes. Hinc[16] tetendit in Frisiam[17], posthac[18] venit in[19] Flandream, inde pergit in Angliam; quas deprædans perquam[20] mira gessit in Scotia, nulli parcens in Hybernia.

[1] Cd., ikke venit, som M læste. [2] Sistriam og nedenfor cistriis Cd. (ikke Cistris M). [3] Cisisla Cd. [4] ipē quē Cd. ipse autem M. [5] venudatur Cd. [6] Olavo Cd. [7] M. ligatus Cd. [8] M. holingardiar Cd. [9] Cd. M. læste duodenius. [10] M. puerilico Cd. [11] M. haltica Cd. [12] M. lictora Cd. [13] M. deniatī Cd. [14] mgl. Cd. [15] Jomne Cd. [16] M. hic Cd. [17] ffrisiam Cd. [18] post hanc Cd. [19] mgl. Cd. [20] B. perperam Cd.

12. duodennis] mlat. tolvaarsgammel (Ducange).

14. Baltica littora perlustrando] sml. Hallfreds Ólafsdrápa (Fornsögur S. 206): Endr lét Jamta kindir allvaldr í styr falla, vandisk hann, ok Vinda, végrimmr, á þat snimma: hættr var hersa dróttinn hjördjarfr Gota fiörvi, gullskerði frá ek gjörðu geirþey á Skáneyju.

19. Frisiam etc.] sml. Hallfreds Ólafsdrápa: Vinhróðigr gaf víða vísi margra F r í s a blökku brúnt at drekka blóð kveldriðu stóði. Rógs bar rekka lægir ríkr valkera líki, herstefnir lét hröfnum hold Fl æ m i n g i a goldit. Gerðisk ungr veð E n g l a ofvægr konungr bægja, naddskúrar réð nærir Norðymbra því morði; eyddi ulfa greddir ógnblíðr S k o t u m víða, gjörði seims með sverði sverðleik í Mön skerðir. Ydrógar lét ægir Eyverskan her deyja, týr var Tjörva dýra tírargjarn ok Í r a.

Verum enimvero curam gerens conditor creaturæ suæ, hunc tyrannum tam remotum tamque indomitum per viscera misericordiæ suæ mirabiliter visitavit, visitando[1] illuminavit, ut quos eo tenus umbra mortis operuerat, stola claritatis æternæ indueret. Nam cum idem Olavus in præfatos populos nimis debaccharet, quendam anachoretam[2] penes Britanniam in parva insula deo famulantem invenit, quem per armigerum suum veste mutata tentavit. Sed hunc[3] regis vernaculum statim agnovit ac domino suo fideliter servire ammonuit. Exinde ad eum ipse prædonum princeps properavit[4], quem jam dei prophetam non [dubitavit; tum[5] et ab eo multa futura audivit[6], quæ paulo post in re comperuit: Rex eris (inquit) inclitus, in fide Christi devotissimus tuæque genti utilissimus; per te enim christianissimus populus fiet innumerus. Et si vera sunt, quæ prædico,' istud habeto pro signo: perendie[7] cum naves excesseris, ad[8] litus armenta conspexeris idque dolo

[1] M. visitand Cd. [2] anachoritam Cd. [3] Cd., ikke hic, som M. læste. [4] M. proparavit Cd. [5] dubitatum Cd. [6] audiendum Cd. [7] M. perendic Cd. [8] nisi ad Cd.

1. verum enimvero &c.] sml. Ágrip 34—36: En hvegi lengi sem hann drvgþi slikt athæfi þa gorþisc sva til ofsiþir at hann lendi þar uiþ í einom staþ i Englandi sem uar einn mikil guþs uinr oc sa einsęto maþr oc frægr af gaþom uissændum. oc margfráþom. Oc fvstisc Olafr at frésta þess oc gerþi ęinn sinn þionosto mann i konungs bunaþi hans hialpræþa at leita sér under konungs nafni oc fec þessor ansvar. Eigi ertu konungr. en þat er raþ mít attu ser trur konungi þinom. Oc fvsti Olaf oc at meirr hann at finna er hann hafþi havrt slíc andsvar þviat nu toc ini af honum at hann var sanr prophete. Enn i hans uiþrtalan oc þess ens goþa mannz fortalo þa mælti han uiþ hann meþ þessom orþom af heilagri uitron oc hifnnescre framsvn. þu mont uera quað hann agætr konungr oc aget uerc uinna. þu munt morgom þioþum til truar coma oc til scirnar. montu bæþi þer í þvi oc sva morgom aþrom hialpa. Oc til þess at tu iuisc eigi um þessor mín ansvar. þa montu þetta til marks hafa. þu munt uiþ scip þin svicom marta oc floccom. oc mon a bardaga reitasc oc montu tyna nocquoro liþi oc sialfr sar fa. oc montu af þvi sari banvænn vera oc a scildi til scips borinn. En af þesso sari montu heill uerþa innan VII natta oc brat efter þat uiþ scirn taca. Alt gecs efter þesso sogo oc com han sva til truar. þvi næst til Noregs.

6. penes Britanniam] ɔ: ved Bretland.

actum agnoveris, quia ab inimicis insidiaberis; sed dum tuos perdideris, fere ad mortem ipse plagaberis vixque vivus[1] ad naves scuto portaberis, post septimanam coelitus sanaberis, ac[2] cum inde redieris, fonte vitæ lavaberis. Ista omnia, ita ut prædixit[3], exitus rei comprobavit. Postquam vero beatus Olavus per salutarem dextræ excelsi mutationem gratiam baptismi cum maxima parte exercitus sui assecutus[4] est, ad Norwegiam transfretavit, habens secum Johannem episcopum et Thangbrandum[5] presbyterum, quem ad Glaciales misit prædicare; habuit etiam[6] alios plures dei ministros, qui omnes unanimes uno ore evangelizare Christum gentilibus coepere[7]. Norwegenses vero inæstimabili magni dei clementia ad fidem conversi Olavum sibi regem constituunt, comitemque[8] Haconem, cum inibi[9] regnasset XXXIII annos, a regno expulerunt; quem servus suus nomine Carcus in una provinciarum Throndemiæ, scilicet Gauladale, nequiter noctu necavit, caput quoque ejus abscisum regi obtulit, sperans se magnas largitiones exsecuturum, quod sibi in contrarium accidit; nam communi judicio damnatus homicida pessimus ut latro suspensus est. Sed filii comitis [Haconis Sweino et[10] Ericus in Daniam[11] fugerunt, qui a rege Sweinone[12] pacifice recepti sunt. Interim Olavus regi[13] regum reconciliat[14] omnes compatriotos[15] suos in maritimis, et si

[1] B. mgl. Cd. [2] B. ac Cd. [3] B. pdixi (s over p) Cd. [4] B. secutus Cd. [5] Tangbrandum Cd. [6] z eciam Cd. [7] cepere Cd. [8] comitem quē Cd. [9] jnde Cd. [10] Swethino hacon Cd. [11] M. claniam Cd. [12] Swenone Cd. [13] B. Rex Cd. [14] reconsilians Cd. [15] Cd. M. rettede urigtigt til compatriotas.

5. salutarem dextræ excelsi mutationem] sml. Psalme LXXVI, 11: Et dixi: Nunc coepi; hæc mutatio dexteræ Excelsi.

8. Johannem episcopum] sml. Adam II, 35: „Alii dicunt olim et tunc ab Anglia quosdam episcopos vel presbyteros evangelizandi gratia egressos a domo ab eisque Olaph baptizatum et ceteros; quorum præcipuus esset quidam Johannes episcopus," og Adam IV, 33: „In Nortmanniam primus ab Anglia venit quidam Johannes episcopus, qui regem conversum cum populo baptizavit". Som Hist. Norv. har ogsaa Odd Navnet Johannes, medens den norsk-islandske Tradition ellers kalder Biskopen Sigurd (Christiania Videnskabsselskabs Forhandl. 1875, S. 219).

8. Thangbrandus] islandsk Navneform, medens Thjodr. kalder ham Theobrandus (ovenfor Side 15—20).

21. maritimis—tributarios] sml. Ágrip 37: a þeim v uetrum

quos ipse episcopus spirituali gladio nequivit, rex adhibito materiali nobilem cum ignobili, lactentem[1] cum homine sene Christi subjugavit imperio, sicque factum est, ut infra quinquennium omnes tributarios, id est Hialtlendenses[2], Orchadenses, Færeyingenses[3] ac Tilenses fide præclaros, spe gaudentes, caritate ferventes redderet Christo; unde currus dei decem milibus multiplicatus ac quadriga Christi gratuita ejusdem salvatione referta per hunc mirificum regem veluti validissimo equo usque in fines[4] orbis terræ circumducti retrogrado cursu ad patriam paradisum revehuntur[5]. Hic autem Olavus de Dania duxit uxorem, sororem

[1] Cd., ikke latentem, som M. læste. [2] hatlendenses Cd. [3] ffreyngenses Cd. [4] Cd., ikke funes, som M. læste. [5] M. revehiuntur Cd.

er hann bar konungsnafn í Norege orisnaþi hann v lænd, Noreg oc Island oc Hialtland Ærcnayiar oc it v Færayiar.

6. currus Dei] sml. S. Columbani Epistola IVta ad Bonifacium papam (Maxima Bibliotheca vet. patrum, Lugd. 1677. XII, 30): Ex eo tempore, quo Deus et Dei filius esse dignatus est, ac in duobus illis ferventissimis Dei spiritus equis, Petro scilicet et Paulo apostolis (quorum chara pignora vos felices fecerunt), per mare gentium equitans turbavit aquas multas et innumerabilium populorum milibus multiplicavit quadrigas, supremus ille auriga illius, qui est Christus, pater verus, agitator Israel, trans euriporum rheuma, trans delphinorum dorsa, trans turgescentium dodrantem ad nos usque pervenit, — ex tunc vos magni estis et clari et Roma ipsa nobilior et clarior est, et si dici potest propter Christi geminos apostolos (dico ipsos coelos a spiritu sancto dictos, Dei gloriam enarrantes, de quibus infertur: In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terræ verba illorum) vos prope coelestes estis et Roma orbis terrarum caput est ecclesiarum.

10. Hic autem Olavus] sml. Ágrip 38: En brat efter þetta quangaþesc Olafr oc toc svstor Sveins tivgoscegs Dana konungs er þyri het er hertogi necquerr i Uinlandi hafþi festa nauþga oc heldosc fvr þvi eigi þav festarmæl. En efter samqvomo þeira þa nétti Sveinn konungr ahald þingom þeim er iát uoro oc scilat meþ svstor hans. oc þotti Olafi konungi su neísa meþ snæypu. Oc at hefnd þess þa safnaþi hann her til Danmarcar oc beiþ liþsins i landamæiri. Oc meþ þvi at seincaþesc quama þeira þa helt hann vfir til Uinþlandc meþ XI einom scipom oc vænte liþs efter ser. En þa er su

Swein[1] regis nomine Thyri[2], quam prius dux[3] quidem de Sclavia desponsaverat invitam. Sed quoniam rex Swein[4] integram Sælandiam[5], quam sorori in sponsalia concesserat, omnino retentare decreverat, hanc ob causam rex Olavus contra Danos bellum instituit copiosamque classem de Throndemia ac Gulacia per manus principum ordinari jussit; ipse namque expeditis Orientalibus in confinio Daniæ: et Norwegiæ ceteros exspectabat. Venientibus[6] ergo quibusdam Gulacensibus rex cum paucis præmeditatum[7] iter arripuit, sperans reliquum exercitum se subsequi; at ille metas patrias transire nolens, præsertim cum princeps ipse abisset, domum reversus est. Rex itaque cum se cerneret illusum ab eis, ad Sclavos ire disposuit et ab eis petere suffraganeum exercitum, quos in piratica fidissimos habuerat socios. Sed dum juxta Sælandiam[5] iter ageret, ut ovis a lupis, ita iste ab inimicis insidiatus prævenitur. Cum vero rex Sweino[8] hanc in manu fortiorum adventurum audierat et ideo regem

[1] Cd. M. læste Swenj. [2] Cyri (ɔ: Tyri) Cd. [3] duxit Cd. [4] S. Cd. [5] Selandiam ɔ: Sælandiam Cd. [6] M. veentibus Cd. [7] M. pmeditantum Cd. [8] Swyeno Cd.

vævn varþ at lvgi af þvi at flocrenn vændi þegar aftr er hann var or landi. Þa ætlaþesc hann at afla ser gengis i Uinþlandi af sinom sonauinom er honum hæfþo í utilego holler uiner uerit oc tryggver felagar.

6. contra Danos bellum instituit] cfr. Adam II, 38: bellum intulit regi Danorum. Hoc factum est inter Sconiam et Seland, ubi solent reges navali bello confligere. Est autem brevis trajectus Baltici maris apud Halsinburg, in quo loco Seland a Sconia videri possit, familiare latibulum pyratis. Ibi ergo congressi Nortmanni a Danis sunt victi et fusi sunt. Sml. Aarb. f. nord. Oldk. 1873 S. 365.

14. Sed dum &c.] Ágrip 39: (Fortsættelse fra foregaaende): En þat tosc eigi þviat Sveínn konungr hafþi quat til liþs meþ ser Olaf Svíakonung oc Eiric svn(ar) Hoconar illa oc quæmo þessir at honum fvrir Síolandi meþ tvéim scipom oc atta togum scipa. Sveinn hæfþi XXX scipa oc Olafr XXX scipa. Eric II oc XX. Oc lagþi at honum fvrstr Sveinn meþ XXX scipa oc for mantion micla oc uendi aftr meþ snævpu. Enn þvi næst lagþi til Olafr enn svensce meþ iafno liþi viþ Sveinn oc bar aftr iafna snæyþo. Siþan lagþi Eiricr at oc bar æfra sciold.

Sweonum[1] Olavum suum privignum ac Ericum filium Haconis comitis accersierat, hi[2] tres circa unum tali ordine navale instituunt bellum. Primus Sweino XXX[3] navibus Olavum inpugnabat, ipseque[4] non nisi XI repugnabat, sed regia navis LXXX spatiolis intus munita erat; [hæc, quæ[5] instar serpentini[6] capitis puppi prora gestabat, serpens longus dictus est et in remigando per omnes insimul mansiunculas CLX remiges capiebat, qui universi in pugna, unde nunc sermo est, loricati fuisse feruntur; clericos etiam XL in XXX spatiolis puppi proximis continebat, qui indocti ad pugnam plus in deprecando[7] quam debellando laborabant. Sed post longum conflictum depopulatis singulis navibus Sweinonis ipse magno dedecore rediit ad socios. Tunc privignus ejus Olavus cum totidem navibus suo æquivoco applicuit, sed priore pejorem passus est perditionem et cum magna[8] ignominia[9] conversus est. Ericus ordine ultimus nec non victoria primus cum undenis navibus acerrime hostes invasit; [patriæ necis[10] ac propriæ fugæ haud inmemor vulnera vulneribus addidit ipsis. At Olavus eosdem protervos fortissime rebellantes resistendo suis[11] pro viribus quasi ex novo incipiens saxa hastas ceteraque missilia in adversarios rejicere conabatur. Tandem destituti viribus navesque

[1] Sweyonū Cd. [2] et hii Cd. [3] mgl. Cd. [4] som 113[6] Cd. [5] B. hecque Cd. [6] serpentum Cd. [7] defensando Cd. [8] magnā Cd., ikke mangna, som M. læste. [9] indsat efter Ágrips snaypo; mgl. Cd. Munch rettede mangna til ignominia. [10] M. prienenses Cd. [11] B. quibus Cd.

1. Olavum suum privignum] sml. Adam II, 37 om Svein: accepit uxorem Herici relictam, matrem Olaph, quæ peperit ei Chnut — — — — restituit eum (ɔ: Svein) Olaph in regnum suum eo quod matrem suam habuerit.

9. XL in XXX] skal vel rettes til XL in XX, saa at „mansiunculæ“ bliver 100 (80 + 20), Rorskarle og Prester tilsammen 200 (160 + 40). Efter Odd (c. 40 M., Fagrskinna c. 72, Hskr. 198) havde „Ormen lange“ 104 Aarer og 34 „Rum“, hvortil Snorre føier, at der var 8 Mand i hvert Halvrum (Hskr. 203).

20. Tandem destituti] sml. Ágrip 39—40 (Fortsættelse af det frg.): En til falz Olafs konungs var ecki vitat. hit uar sétt at þa er mioc rénaþe orrostan at hann stoþ lifs þa en i lyftinginni a orminom langa er hafþvi tuav rum oc XXX. En þa er Ericr scyldi ganga upp i stafnenn a leit hans þa sléri liosi fyrir hann sem élld-

intrantibus inimicis, nemine tum dante dextras, omnes, quos tum vitalis calor vegetabat, ore gladii consumpti sunt excepto ipso rege, quem celsa stantem in puppi postremo viderunt. Sed bello finito [nec vivum[1] nec mortuum reperierunt illum, unde nonnulli ipsum loricatum undis submersum affirmant; quidam etiam longo intervallo in quodam coenobio se illum vidisse protestati sunt. Sed qualiter per æquoris discrimina littoris[2] soliditati advectus sit sive proprio natatu seu scaphæ vehiculo seu famulantibus angelicis spiritibus [seu ibidem mersus[3], a cunctis (credo) nostris coæquævis ignoratur; quare honestius hoc [parum determinatum[4] omittendo quam de re incerta falsa definiendo[5] prætereamus. Ast conjux[6] intemperanter viri mortem ferens dolore deperiit. Post hæc filiis Haconis comitis regnum[7] totius Norwegiæ a Sweinone[8] tiuguskeg[9] conceditur; qui XIIII annis eidem regno comites præsidebant et sanctam dei ecclesiam, quam beatus Olavus egregie plantaverat, Johannes rigaverat, isti fere eradicaverunt[10].

Istis temporibus Olavus filius Haraldi[11] grenscensis[12] in

[1] mgl. Cd. [2] saa Cd., ikke littorum, som M. læste. [3] maaske Interpolation, da den afbryder Sammenhængen. [4] piū videt minatum Cd. (s over videt) [5] diffiniendo Cd. [6] M. oncius Cd. [7] M. regum Cd. [8] scilicet Cd. [9] M. tiuguskek Cd. [10] M. eradicaverant Cd. [11] M. haroridi Cd. [12] grenoscensis Cd.

ing uæri. Enn konungrinn sialfr horfinn er liosit hvarf af. Sumer menn geta hann a bati bravt hafa comitzc oc segia at hann hafi uerit senn siþan i munclifi nocquoro a Iorsala landi. En sumer geta at hann hafi fvrir borþ fallit. En hvacki er lifi hans heifer lvct þa er þat lichilikt at guþ hafi solena". Maaske der efter „in quodam coenobio" er udfaldet „Syriæ" (= a Iorsala landi)?

12. Ast conjux] sml. Adam II, 38: Uxor ejus post mortem viri fame inediaque miserabiliter vitam consumpsit, ut digna erat.

13. Post hæc filiis Haconis] sml. Ágrip 40 (Forts.): „Enn meþ þvi at Svéni þotti þa sem hann hefþi unit Noreg meþ aftaki Olafs. Þa iatti hann Eiriki oc Sveini svnum Hoconar Norege — — — (41) Enn sva micla costan oc stund sem Olafr Trvggva sunr lagþi a at fremia crisni er uiþ eckiuetta sparþisc þat er guþi næri tign i oc cristnninni stvrcr. Sva lægþo þeir feþgar alt megin fram at dreckia cristnini". Mærk Adam II, 39: Svein interfecto Cracabben duo regna possedit. Ipse igitur mox destructo ritu ydololatriæ christianitatem in Nortmannia per edictum suscipere jussit.

Ruscia clarus habetur. Hic quia herili solo privatus erat, piraticam[1] exercere necesse habebat. In ea[2] poli, quam nos Holmgardiam[3] appellamus, haud[4] minuta[5] classe stipatus[6] hiemare solebat; qui æstivo tempore cunctos gentiles per ambitum Baltici maris deprædando lacessendo[7] non desistebat urgere. Insulam quoque Eysyslam[8] valde spatiosam ac populosam ex toto vastavit; sed et alias duas colonum frequentia et magnitudine huic æquales, scilicet Gotorum[9] insulam et Eynorum, adeo demolitus est, ut illarum[10] incolæ, quamdiu in Ruscia morabatur, immania redderent tributa. Item in finibus Curorum non minimas de ipsis dans strages celeberrimo exaltabatur triumpho[11]. Post diuturnam tyrannidis sævitiam princeps gloriosus reverti parat ad patriam; at cum pervenisset ad Daniam, rogatus a Sweinone[12]

[1] M. paryticam Cd. [2] B. eo Cd. [3] M. holingardiã Cd. [4] haut Cd., ikke hanc, som M. læste. [5] munita Cd. [6] stipitus Cd. [7] lascessando Cd. [8] eysillam Cd. [9] gottorum Cd. [10] M. jllariū. [11] trihumpho Cd. [12] Swemone Cd.

1. herili] „herilis hic idem significare videtur ac hereditarius.“ M.

4. per ambitum Baltici maris] sml. Ottars Vers (Hskr. 220): Öttuð árum skryttum austr í Salt með flaustum, báruð lind af landi landvörðr! á skip randir. — — — Drótt var drjúgligr ótti dólglinns, at för þinni, svanbræðir! namtu síðan Svíþjóðar nes rjóða.

6. Eysysla—Gotorum insulam] sml. Ottars Vers (Hskr. 222): Gildir komtu at gjaldi gotneskum her flotna, þorðut þér at varða þat land jöfurr brandi. Rann, en maðr um minna margr býr um þrek, varga hungr frá ek austr, hinn yngri, Eysýslu lið, þeyja. —

8. Eynorum insula] Øland. Eyni = oldn. Eynir, sv. Øningiar (sml. Eynir, Indbyggerne i Eynafylke, Uteynir paa Ytterö). Olavs Bedrifter mod Øland og Kurland nævnes kun her.

13. rogatus a Sweinone] sml. Adam II, 49—50: „Svein, rex Danorum atque Nortmannorum, — — classe magna transfretavit in Angliam, ducens secum filium suum Chnut et Olaph filium Cracaben. Itaque multo tempore multis præliis adversum Angles exactis, Svein veteranum regem depulit Edilredum et insulam tenuit in sua ditione, verum brevi tempore. Nam tercio mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte præventus occubuit. Chnud filius regis cum exercitu reversus in patriam denuo bellum molitur in Anglos. Olaph a Nortmannis electus in principem separatus est a regno Dano-

Danorum rege transfretavit cum eo ad Angliam comitante Canuto patrem ipsum, videlicet Sweinonem[1]; qui in cunctis congressibus illius beatissimi tyranni Olavi[2] belligera astutia victoriam adepti sunt. Demum depulso Adelredo totam insulam brevi tamen tempore detinuit Sweino; nam post tres menses ex [hac luce[3] subtrahitur ipse. Cum Canutus repatriavit, a Danis rex patris loco constituitur. Olavus interim Britones debellat et usque Hispaniæ partes profectus ibique clarissimos suæ victoriæ titulos relinquens rediit in Daniam et a socio suo tum Danorum rege multum honorifice susceptus est. Qui inter se adoptivæ fraternitatis foedus pepigerunt; sed quoniam ipse Canutus parente orbatus de Anglia inhoneste aufugerat, cum ingenti exercitu iterum illuc redire disposuit; socium suum Olavum et ejusdem vocabuli consortem fratrem suum se illo comitari maxime concitavit[4] pollicendo dimidiam, si totam illorum amminiculis lucrari posset[5] insulam. Pergunt itaque alacres simul millenis navibus constipati, plenis velis prosperis ventis portum *Jarmuthiam* post tri-

[1] S. Cd. [2] O. Cd. [3] M. haclade Cd. [4] B. cogitanit Cd. [5] possit Cd.

rum. Tunc vero Chnud ancipiti casu turbatus, pactum iniit cum fratre Olaph filio Herici, qui regnavit in Svedia, ejusque fultus auxilio deliberavit primo quidem Angliam subjugare, deinde Norvegiam. Itaque mille navibus magnis Chnut armatus, occeanum transivit Britannicum; per quem, sicut nautæ referunt, a Dania in Angliam flantibus euris triduo vela panduntur". Dermed er combineret en Beretning, som findes f. Ex. i liber de legibus Angliæ (hos Hoveden II, 240): Sueno igitur intumulato Chnutus filius ejus cum magna classe, accito secum Lacman rege Suevorum et Olavo rege Norttorum, qui postea apud Rothomagum baptizatus est, Tamisiam intravit et Edelredum regem infra Londoniam obsedit, qui obsessus infirmitate præventus moritur.

7. Britones] sml. Ottars Vers (Hskr. 229[1]): „Náðut ungr at eyða, ógnteitr jöfurr, Peitu; reyndut, ræsir, steinda rönd á Tuskalandi". Ved „Peita" maa forstaaes Byen Guerrande i sydl. Bretagne, ved „Tuskaland" ikke (som i Fnm. S. XII, 362) Touraine, hvorhen Olav aldrig kom, men Landskabet om Tuy (Tude) i Gallicien, der netop ved den Tid blev plyndret af Vikinger (Dozy, Recherches sur l'histoire et la littérature de l'Espagne II, 315 ff.).

17. Jarmuthiam] er Glossem fra 15de Aarhundrede; Yarmouth

duum tenuerunt[1]. Inde conciti petunt[2] Londoniam[3], ubi forte rex Edmundus tunc temporis morabatur patre Adelredo[4] jam orbatus. Rex igitur cognito hostium adventu cives convocat, amnis Tamisiæ[5] pontem munire jussit, ne inimicis liber pateret aditus. Nec mora, dicta factis impleverunt[6], ipseque[7] in finitimis provinciis exercitum congregavit. Interim Dani cum ingenti clamore ponti appropiantes munitiones eorum omni conamine repugnare coeperunt[8], illi ex adverso se suaque defensare summa ope nitebantur. Cumque Canutus casso labore per totam diem sic concertasset ac plurimos de suis male perdidisset[9], Olavus noster pro capessenda victoria[10] seque suosque maximo dedit periculo, quippe cum undecim navibus fortissime remigando pontis propugnacula supervectus[11]; ipsi namque[12] satellites tutantium testudinum[13] tegmine protecti sic delusa defensantium[14] machina per media vitæ discrimina pertransiere[15] audacissime. Unde victoriosissimo bellatori Olavo[16] jam civitatem ingresso ab universo excercitu insignia laudum præconia referebantur ac tota obtenti triumphi ascribebatur fama. Post captam Lundoniam contra regem Edmundum quinquies in IX mensibus fortissime pugnaverunt;

[1] Cd., ikke tenuerant, som M. læste. [2] M. petum Cd. [3] lòndonias Cd. [4] Eteldredo Cd. [5] Temiste Cd. [6] B. implevit Cd [7] som 113[6] Cd. [8] ceperunt Cd. [9] perdisset Cd., her tilføies 4 Figurer, der se ud som C C C C., hvilke vistnok kun er Forsiringer. [10] victoria 2 Gange i Cd. [11] subematus Cd. [12] enīque Cd. [13] M. testiduū eller testidnū Cd. [14] defensantum Cd. [15] pertransire Cd. [16] O. Cd.

hed endnu i 13de Aarhundrede Ghernemuthe (Radulphi de Coggeshale chron. Anglicanum p. 181), Gernemuta eller Iernemuta (Dipl. Isl. p. 482). „Non in portu Yarmouth, sed in Sandwich Angliæ applicuisse Canutum dicunt scriptores Angli.“ (M).

13. propugnacula] sml. Ottars Vers (Hskr. 225): Enn brauztu, éla kennir yggs, gunnþorinn bryggiur, linns hefir lönd at vinna, Lundúna, þér snúnat. Höfðu hart um krafðir, hildr óx við þat, skildir gang, en gamlir sprungu gunnþinga járnhringar.

19. regem Edmundum] sml. liber de legibus Angliæ (hos Hoveden II, 235): Post Aldredum (Var. Ædelredum) vero Eadmundus filius ejus regnavit fere novem mensibus, in quibus viriliter contra Danorum regem Chnutum quinquies dimicavit. Ultimo vero bello peracto concordes invicem effecti sunt regnumque per dimidium diviserunt et una medietas Angliæ Chnuto et altera medietas cessit Ædmundo, eo tenore quod si quis eorum alterum

demum defessis utrisque reges, scilicet Edmundus et Canutus, tale inter se pactum statuerunt, ut dum viverent ambo insulam æque regerent, sed qui superstes[1] fieret, totam teneret. Tunc cum regnasset mense uno[2], præsente luce privatur Edmundus, totumque[3] regnum[4] possedit Canutus; qui duxit[5] matrem defuncti socii nomine Elfigenam[6], quæ ut[7] — duos filios suos Sweinonem et Canutum cognomine durum; foedus omnino, quod[8] cum suis suffraganeis firmissimum sanciverat[9], ex toto adnihilans, et fratrem et socium omni mercede laborum frustratos abire permisit. Tunc Olavus Norwegensis sororem Olavi[10] Sveonensis[11] nomine Margaretam, quam diu digna vicissitudine intimi

[1] M. substes Cd. [2] una Cd. [3] ffactūque Cd. [4] regum Cd. [5] dixit Cd. [6] M. læste Elfigenam. [7] Cd. betegner her ingen Lakune. [8] indsat af M, uden at han bemærker, at det fattes i Cd. [9] sanctiverat Cd. [10] O. Cd. [11] Spronensis Cd.

superviveret, regnum superstes totum possideret — — post mensem Edmundus de hac luce, proh dolor, subtrahitur. Chnutus vero inde totum regnum suscepit Angliæ regnavitque fere octodecim annis. Quo defuncto Haraldus, filius ipsius ab omnibus putatus, regnum suscepit et quinque annis regnavit; post quem Hardechnutus filius Chnuti et Elvivæ, id est Emmæ (Varr. ex Alfuena Imme; et Elfinæ Imme), sororis Roberti Normannorum ducis et matris regis ultimi Eadwardi, regnavit duobis annis.

5. Matrem defuncti socii] ogsaa efter den isl. Tradition var Emma Edmunds Moder og Søster af Hertug Robert (Hskr. 229, Fagrsk. c. 211, Knytl. c. 16).

6. quæ] Det udfaldne tænker jeg mig udfyldt omtrent saaledes: quæ et Emma, soror Roberti Normannorum ducis. Cujus instinctu in hæredes Angliæ constituit duos osv.

8. Canutus durus] cfr. S. 46[4] Hartha Knut, isl. Hörðaknútr. Efter Fnm. S. I, 114 fik den ældre Hardeknut (Gorms Fader) Navnet, „þvíat þar heitir Hörð á Jótlandi, sem hann var føddr." Textens Oversættelse er rigtigere, hvilket fremgaar af det alemanniske Navn Hartchnuz (Førstemann Namensbuch I, 607).

12. Margaretam] Om dette Forsøg paa at forene det hjemlige Sagn om Olavs Forlovelse med den svenske Olavs Datter Ingegerd med Adams Beretning om Knuts (og den svenske Olavs) Søster Margareta (eller Estred), se Aarb. f. nord. Oldk. 1873 S. 28 og 364.

amoris privilegio dilexerat, in ipso discessu desponsavit[1], sed frustra, nam eandem rex Iarezlafus[2] de Ruscia fratre cogente invitam[3] duxit uxorem. Quod factum maximam odiorum atque discordiarum fomitem inter tres illos nobilissimos principes subministrasset, si[4] non sapientissima soror Margaretæ per consilium sui nutritoris disruptam prioris desponsationis copulam aptissime redintegrasset[5]; hanc etenim Olavus in matrimonium sibi sociavit, ex qua[6] genuit — — — — — — — —[7].

Olavus de Anglia rediens cum duabus magnis onerariis navibus ad patriam transfretavit Norwegiam et cum eo quatuor episcopi, scilicet Grimkellus[8], Bernardus, Rodulfus, Sigfridus.

Explicit.

[1] M. disponsavit Cd. [2] Wareriafus Cd. M. læste Waverlafus, men den 3die Bogstav er kun en aabnere r (ligesom exorreo S. 72[8]). [3] M. Iuiti Cd. [4] M. sed Cd. [5] redintegraret Cd. [6] Margareta tilf. Cd., hvilket er et uheldigt Glossem. [7] Cd. betegner her ikke Lacune. [8] Grm̄kellus Cd.

8. ex qua genuit] sml. Ágrip 45: oc gat Olafr digri meþ henni barn o. s. v., se Note til S. 29[13].

9. cum duabus magnis onerariis navibus] sml. Ottars Vers (Hskr. 234[12]): Valfasta, bjóttu vestan, veðrörr! tvá knörru; hætt hafit ér í ótta opt, skjöldunga þópti.

11. quatuor—Sigfridus] cfr. Adam II, 55: Habuitque secum multos episcopos et presbyteros ab Anglia, quorum monitu et doctrina ipse cor suum Deo præparavit subjectumque populum illis ad regendum commisit. Quorum clari doctrina et virtutibus erant Sigafrid, Grimkil, Rudolf et Bernard.

III.

ACTA

SANCTI OLAVI REGIS ET MARTYRIS.

Cap. I.

Sancti conversio; labores ejus apostolici non minus quam regii; martyrium.

1. Regnante illustrissimo rege Olavo apud Norwegiam, quæ est terra prægrandis, versus aquilonem locata, a meridie Daciam habens, eandem ingressi sunt terram pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Hactenus sacrilegis idolorum mancipatæ ritibus et superstitiosis erroribus delusæ nationes illæ veri dei fidem et cultum audierant quidem, sed multi suscipere contempserant: sicut enim loca aquiloni proxima inhabitabant, ita familiarius eos possederat et tenaciori glacie infidelitatis astrinxerat *aquilo ille, a quo panditur omne malum super universam faciem terræ et a cujus facie ollam succensam vidit Ieremias*, et qui in Isaia jactanter profert: *Super astra cæli exaltabo solium meum; sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis.* Ceterum magnus dominus et laudabilis nimis, qui de lateribus aquilonis

6. pedes] sml. Ep. ad Romanos X, 15: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.

14. Ieremias] sml. prophetia Ieremiæ I, 13—14: Et factum est verbum Domini secundo ad me dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego video et faciem ejus a facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.

14. Isaia] sml. prophetia Isaiæ XIII, 12—13: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra *Dei* exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. — Allerede Homilien forudsætter det urigtige astra *cæli*, der her oversættes „himintungl“.

ædificavit civitatem suam, austri placido flamine aquilonis dissipavit duritiam et gentium efferarum obstinatos ac feroces animos calore fidei tandem emollivit. Audierunt auditum a Domino, et legatos ad illos gentes misit præcones verbi sui, qui veritatem, quæ est in Christo Iesu, partibus illis prædicarent, culturam everterent idolorum, credentibus vitam indeficientem et gaudia æterna promitterent, incredulos et rebelles futuri judicii et perennis supplicii metu deterrerent.

II. Huic tunc ut diximus provinciæ præerat rex Olavus, qui licet gentilis, natura tamen benignus erat et ad honesta quæque sequenda quadam mentis ingenuitate promptissimus. Hic evangelicæ veritatis sinceritate in Anglia comperta fidem toto admisit pectore et ad baptismi gratiam in urbe Rothomagi devota animi alacritate convolavit. Purificatus igitur lavacro salutari repente mutatus est in alium virum et (juxta quod apostolus ait) consepultus Christo per baptismum in mortem, oblitus quæ retro sunt, in anteriora se extendens, in novitate vitæ susceptæ religionis perfectissimus observator ambulabat. Sordebat ei omnis vana delectatio et terreni regni gloria præ dulcedine coelesti vilescebat: in regali fastigio constitutus spiritu pauper erat et regni[1] negotiis implicatus nihilominus meditabatur coelestia: quidquid divina lex prohibet, vehementer abhorrebat; quidquid præcipit, ardentissimo complectabatur affectu.

III. Nec propria saluti contentus populos, quibus divina dispensanti providentia præstitutus erat, ad fidem vigilanti convertere nitebatur instantia; et novo rerum ordine rex apostoli vice fungens ipse dux verbi Christi gratiam passim omnibus prædicabat; nonnullos etiam prædicationis gratia, quæ diffusa erat in labiis ejus, a nefandis dæmonum cultibus ad agnitionem et reverentiam sui creatoris reduxit; nonnullos ad sæculi contemptum et amorem supernæ patriæ mirabilis ejus devotio et vita continentissima medullitus inflammavit[2].

[1] Brev. og Löw. terrenis ASS. [2] ASS (alene) fortsætter: Cujus enim obstinationem, cujus duritiam insignissimi regis sermo dulcis et sapientia plenus spirituali non frangeret? Cujus torporem vel desidiam conversatio singularis illius non excitaret? mgl. Brev., Löw. og Hom.

9. provincia] mlat. = regnum, diœcesis metropolitani (Ducange).

15. apostolus] sml. Ep. ad Rom. VI, 4: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.

IV. Verumtamen in medio nationis pravæ et perversæ positus, licet multos converteret, quam plurimos tamen habebat adversarios fortes et potentes, in quibus majorem locum sibi vindicabat voluntas quam pietas, [consuetudo quam[1] ratio, animi præceps impetus quam amor veritatis; [hi nobilissimi Christi martyris prædicationi et operibus sanctis totis nisibus obviabant, et vias domini rectas evertere conabantur[2]. Justus autem, ut leo confidens, absque terrore erat et juxta exemplum beati Iob non expavescebat ad multitudinem nimiam: nec despectio propinquorum terrebat eum, nec adversantium minis vel insidiis averti poterat a prædicationis constantia.

V. [Iesu bone! quantos labores, quantas persecutiones sustinuit, antequam populum incredulum et sibi contradicentem a sua posset perversitate deflectere![3] [Datum siquidem erat illi non solum ut Christum crederet, sed etiam ut pro illo pateretur; nec solum pati, nec solum temporalis regni diadema pro Christo paratus erat deponere, sed etiam martyrii per coronam ad perennium gloriam gaudiorum pertingere enixius desiderabat. O quam devotæ caritatis flagrantia, quantus fidei fervor excellentissimi Christi martyris pectus accenderat! Qui in medio gentium indomitarum constitutus, quibus juxta Salomonem confidentibus in stultitia sua minus erat tutum occurrere quam ursæ sævienti raptis catulis, non cessabat tamen salutare fidei verbum, quod abhorrebant, publice et privatim quantiscunque posset ingerere[4]. Plurimum profecit in brevi et innumerabilem domino multitudinem acquisivit: confluebant ad baptisma certatim populi et numerus credentium augebatur in dies: confringebantur statuæ; succidebantur luci; evertebantur delubra; ordinabantur sacerdotes et fabricabantur ecclesiæ; offerebant donaria populi cum devotione et alacritate; erubescebant idolorum cultores; confundebantur, qui confidebant in sculptili, et in multis illius regionis partibus infidelium depressa multitudine mutire non audens omnis iniquitas oppilabat os suum.

VI. Exultabat rex plus quam credi potest, laborum sacrorum gratissimos fructus jam in præsenti percipiens: non cessabat autem indefessus euangelii prædicator nunc obstinatos convincere, nunc instruere rudes, nunc in fide teneros confirmare: nihil regli

[1] Löw. vel ASS. [2] ASS og Scar. mgl. Löw. [3] kun ASS. (og Sv. Leg.). [4] kun ASS. og Scar. (og Sv. Leg.).

fastus, nihil tyrannidis in suos exercebat subditos; immo omnibus exempla præbebat magnæ humilitatis et mansuetudinis. In futurum etiam provinciis, quibus præerat, providens, ne nobiliores quique et potentiores per potentiam humiliores opprimerent, leges divinas et humanas multa plenas sapientia et mira compositas discretione scripsit et promulgavit; in quibus suum cuique conditioni jus assignavit. In illis etiam, quantum liceret prælatis in subjectos et quantam subjecti reverentiam exhiberent erga prælatos, certis limitibus discrevit. Ibi modestissimus et æquissimus arbiter sapienter considerans, plerumque reges potestate sibi concessa superbe abuti in subditos, legum rigore regalem coercuit et refrenavit licentiam. In illis legibus claret, quam devotus erga deum, quam benignus erga proximum rex gloriosus extiterit.

VII. Explicari verbis non potest, quanta beneficia populis illis rex sæpe nominatus contulit[1], quantum profuit, dum præfuit, et in promulgatione legum et in sustentatione pauperum et assiduitate prædicationis et exemplo suæ sanctissimæ conversationis. Sed e converso perpessus est ab eis tribulationes multas et malas, donec illorum multitudini resistere non valens secessit in Rusciam, opportunum ratus cedere tempori, donec voluntati suæ ac proposito tempus idoneum dominus conferre dignaretur. Nemini veniat in mentem fortissimum et constantissimum Christi athletam, ut est infirmitatis humanæ, cessisse perterritum metu passionis, qui sæpenumero passioni se sponte objecerat, sicut rei exitus et illustre martyrium ipsius declaravit; utilitati aliorum, opportuniori se reservavit tempori, quando fructus uberiores exhibere domino et talentum sibi commissum multiplici resignare posset cum usura.

VIII. Clarissimus igitur Christi martyr ingressus Rusciam et a Jarzellauo[2] ejusdem provinciæ rege magnifico gloriose susceptus et in honore amplissimo, quamdiu ibi morari voluit, habitus est. Ibi non parvo tempore demoratus, honestæ vitæ formam et suæ religionis, caritatis, benignitatis et patientiæ celebre monumentum incolis reliquit. Denique decoctus igne persecutionis et exilii, acceptabilis inventus et idoneus, qui majora certamina posset sustinere, divino inspiratus instinctu per Seuciæ fines ad propria remeavit. Ibi collata[3] sibi a domino abundantiore gratia

[1] Löw. og Brev. contulerit ASS. [2] rettet. Iarcellano ASS. Iacellano ILeg. Ierczellauus Hom. Gerzellauo Brev. [3] ILeg. collecta ASS.

a multis cum magno susceptus desiderio, gratiosus et optabilis bonis, verendus atque terribilis apparuit sanæ doctrinæ adversariis. Indutus igitur lorica fidei et accinctus gladio spiritus, quod est verbum dei, per infamiam et bonam famam, per gloriam et ignobilitatem, per arma justitiæ a dextris et a sinistris orator egregius fidei verbum constanter ubique in via disseminabat; paratus pro Christo pati quaslibet persecutiones, objiciebat se sponte periculis, martyrium, si deo placuisset, suscipere non recusans.

IX. Et quoniam dignus est operarius mercede sua, tandem domino placuit agonistam suum de carcere carnis educere, ut plenissimam et superabundantem laborum suorum reciperet mercedem et regem rex videret in decore suo. Erat quædam pars illius terræ, in qua modo sanctissimum corpus ejus requiescit, cujus incolæ indurati et pertinaces in malitia sua veritatis et ideo regis hostes erant inexorabiles: in hanc venit provinciam Christi martyr, forte dei gratiam populis incredulis prædicaturus. Quo comperto veritatis hostes convocaverunt consilium iniquitatis; convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum ejus: erat namque ejus salutifera prædicatio ipsis et eorum operibus valde contraria. Unde quidam ex eis cujusdam[1] Kanuti ejus adversarii muneribus corrupti, quidam vero solius malitiæ instinctu, sed et novam religionem paternis scilicet legibus contrariam suscipere recusantes, ordinato exercitu in loco, qui nunc Sticlastather[2] appellatur, ignorantem et a sua gente aliquantulum distantem bello excipiunt; sed illustrissimus martyr, qui totus suspensus in cælestia per martyrii coronam illuc pervenire intimis desiderabat præcordiis, a facie multitudinis non timuit: imminet illi bellum, quod amator pacis suscepit pro justitia et æquitate pugnaturus. Exercitu itaque, quantum in brevi potuit, congregato obviat inimicis.

X. Porro dominus, qui martyri suo mercedem, pro quo tot agones pertulerat, reddere et gloriam suam, quam diutius et avidius sitierat, jam revelare decreverat, ut gloriosius eum coronaret, iniquorum jaculis gloriosum martyrem occumbere permisit. Occubuit autem quarto Kalendas Augusti, feria quarta, millesimo

[1] Brev. cuidam ASS. [2] lLeg. Sticlastadt ASS. Sticclastaðer Hom. mgl. Brev.

15. convenerunt] sml. ovenfor S. 39[16].

et vicesimo octavo anno ab incarnatione domini[1], pro fidei defensione ab inimicis fidei crudeliter interemptus, feliciter de castris ad æterna regis palatia, de bello migrans ad pacem, quæ exsuperat omnem sensum, ad laudem et gloriam Christi. Amen.

XI. Nocte igitur[2] præcedente diem, qua martyr inclytus passus est, apparuit illi dominus Iesus, verbis consolatoriis illum demulcens: Accede, inquit, ad me, dilecte mi; [tempus est[3] ut laborum tuorum fructus dulcissimos carpas[4] et[5] in sempiterna lætitia nostro fruens consortio [coronam suscipias honoris æterni[6]. Qua visione martyr[6] admodum confortatus passioni se lætus obtulit, jam divinitus cognoscens[7] scalam, quam in somnis nuper ad cælos erectam viderat, per quam ad dulcedinem, quam gustaverat, feliciter erat ascensurus.

[1] „x hundreð vettra oc IIII vetr oc xx" Hom., „thisdaghin Fiærdha daghin kalendas Augusti manad æpte vars herra byrdh M° XXVIII vars herra aaro" Sv. Leg., „feria sexta quarto kalendas Augusti anno 1028" Løw., hvilket i det lybeckske Passionale er oversat „vp enen vrigdach in dem Owestmaente." [2] ASS. Arh. og Linc. vero Brev. [3] Arh. og Linc. mgl. Brev. og ASS. [4] Brev. ASS. og Arh. percipias Linc. [5] Arh. mgl. Brev., Linc. og ASS. [6] Arh. og Linc. mgl. ASS. og Brev. [7] Linc. conscendens Arh. sperans ASS. og Brev.

6. apparuit illi dominus—demulcens] som her fortælles Olavs Drøm i Geisli v. 15—16 og i Hom. S. 149, og samme Fremstilling forudsættes paa det gamle Maleri fra Domkirken (se Undset, Norske Oldsager i fremm. Museer S. 67); afvigende berettes Schol. 42 til Adam af Bremen (II, 59): Olaph — -- in ipso procinctu fertur in papilione dormiens sompnium vidisse. Cumque supervenirent hostes, adhuc illo quiescente, dux sui excercitus, Phin nomine, accedens regem excitavit. Tunc ille suspirans: „O, quid fecisti? inquit. Videbam me per scalam, cujus vertex sidera tangeret, ascendisse. Heu, jam perveneram ad summum illius scalæ, coelumque mihi apertum est ingredienti, nisi tu me suscitando revocasses." Postquam visionem vidit rex, circumventus a suis, cum non repugnaret, occiditur et martyrio coronatur. — Herfra stammer rimeligvis Indskudet i leg. Saga Cap. 89 og „Draumr Ólafs konungs" hos Snorre (Hskr. 481, Ólafssaga hins helga c. 211).

Cap. II.

Miracula mortem ejus consecuta.

[Operæ pretium est de multis miraculis, quæ ad commendanda merita gloriosi martyris Olavi dominus operari dignatus est, pauca perstringere: quatenus ad laudem et reverentiam divinæ pietatis audientium excitentur animi et, quantam gratiam et gloriam dominus sancto suo dederit, fidelibus innotescat[1].

I. Evoluto itaque passionis illius tempore, cum [in quadam domo sanctissimum[2] corpus ejus regales lavissent ministri, projecta est ante ostium aqua mixta sanguine, qui de vulneribus [beati martyris[3] fluxerat. Transiens itaque ante ostium quidam cæcus casu prolapsus est ad locum, qui adhuc aqua infecta sanguine madebat, cumque digitos madefactos eadem aqua ad oculos suos reduxisset, illico detersa caligine lumen pristinum recepit. Qui certius explorans miraculum, se per beati martyris Olavi meritum visum recepisse cognoscit, unde cum ipso omnes audientes miraculum divinam pietatem et martyris meritum dignis extulere præconiis.

II. Erat in Hybernia dux quidam Guthormus[4] nomine, natione

[1] Denne Indledning findes i Brev. og Arh. (sml. Hom. 149[12]). [2] Linc. mgl. ILeg., Brev. og ASS. [3] ILeg. og Brev. Beatissimi ASS. [4] DLeg. (sml. Guðormr Hom.) Guthòrinus ASS. Guttornius og Guttormus Brev.

I.] Sml. Geisli v. 22 – 24, Hom. 150 (I), Sv. Leg. 864, leg. Saga c. 103 (sml. c. 100), Hskr. 500 (Ólafss c. 236).

18. II.] Sml. Geisli v. 31—34, Hom. 150 (II), Sv. Leg. 865, leg. Saga c. 104, Hskr. 587—88 (Ólafss. c. 266). I Hom. er „nepos“ oversat med „systursonr“, og Snorre oplyser, at Gudorm var Søn af Ketil Kalv paa Ringenæs og Olavs Halv-søster Gunnhild. Irske Kilder kalder Kongen i Dublin Each-margach mac Ragnaill (1035—38, 1046—52) og lade ham i 1052 „drage over Havet“, og efterfølges af en anden Konge (Tighernach a. 1052. 4 Mestres Annaler s. A.). Slaget stod efter Geisli (og Snorre) „í Öngulseyiarsundi“.

Noricus, nepos beati martyris, vir genere præclarus et armis potens. Hic cum rege Dubliniæ[1] Margodo[2] foederatus et quadam familiari societate conjunctus[3] erat. Contigit autem, ut ambo pariter in expeditionem[4] cum numerosa classe profecti, inde multis opibus [et manubiis copiosis[5] locupletati reverterentur. Quadam autem die cum spolia inter se divisuri convenissent, videns rex præfatus prædam innumerabilem, amore cupiditatis excæcatus est: et mutuæ societatis et alterni sacramenti contemptor proponit duci, ut eligat unum e duobus, quod velit: aut mihi[6] (inquit) omnia relinques cum navibus spolia aut a me bellum tibi illatum sustinebis. Inter has positus dux Guthormus angustias, [quo se verteret[7] nesciebat: relinquere prædam cum navibus turpe sibi et indecorum nimis videbatur, bellum autem[8] suscipere periculosum admodum erat. Erat enim inter exercitus grandis distantia, [nam rex prædictus[9] quindecim naves habuisse dicitur, dux vero tantum quinque. Dux itaque anxius[10] biduanas petiit inducias, si forte tyrannum a nequitia excogitata posset deflectere: nam eodem die erat vigilia beati [martyris Olavi[11]. Postquam vero animum barbari nullis potuit precibus emollire, elegit honeste potius[12] mori quam cum dedecore tanto et infamia sui generis spolia sua cum navibus relinquere tyranno; sed quia humanum deerat, divinum implorat auxilium et beatum Olavum, ut sibi succurrat, devote precatur[13] promisitque se in ecclesia martyris crucem facturum argenteam, si se de manu regis perfidi liberaret. Quid multa? Ordinato exercitu inimicis occurrit agminibus et fortissime dimicans ope Christi et gloriosi[14] martyris interventu totam barbarorum multitudinem prostravit[15]. Inopinata ergo potitus victoria [cum lætitia et multis spoliis reversus[16] crucem fecit argenteam miræ magnitudinis longe humani corporis modum excedentem et posuit eam in ecclesia beati martyris ad corpus ejus in divini triumphi et inopinatæ victoriæ, quam propter merita ejus obtinuerat, monumentum.

[1] rèttet. mgl. i Brev. Bibliniæ ASS. Clibinniæ DLeg. i Dyflinno Hom. [2] Brev. og DLeg. Margado ASS. Margaðr Hskr. er Margodus het Hom. er Mardagus het leg. Saga. [3] DLeg. convinctus ASS. conjuratus Brev. [4] DLeg. expeditione ASS. expeditionem Brev. [5] DLeg. et navibus copiosis Brev. mgl. ASS. [6] Brev. DLeg. mgl. ASS. [7] DLeg. og Brev. quid eligat ASS. [8] Brev. mgl. i ASS. [9] Brev. rex enim ASS. rex namque DLeg. [10] Guthorinus tilf. ASS. [11] DLeg. og Brev. Olaui regis et martyris ASS. [12] Brev. mgl. ASS. og DLeg. [13] DLeg og Brev. deprecatur ASS. [14] DLeg. og ASS. gloriosissimi Brev. [15] DLeg. og ASS. prosternit Brev. [16] ASS. et cum multis spoliis reversus, cum magna lætitia DLeg. mgl. Brev.

III. Apud regiam urbem Constantinopolim celebris est sancti Olavi regis et martyris memoria, et in civitate eadem in honore ejus ecclesia fabricata est. Accidit quadam tempestate, ut præfatæ urbis imperator exercitu collecto adversus quendam paganorum regem proeliaturus procederet. Ordinata utrimque acie et studio militari disposita bellum inivit. Invadunt christianos acerrime barbari et in primo congressu victores existunt; occumbit pars maxima Græcorum et christiani exercitus robur elanguet. Restabat acies non grandis, quæ nihil aliud præstolabatur quam mortem. Desolatus imperator et fere corde dissolutus ad divinum se convertit auxilium et beati martyris Olavi opem profusis pariter implorat lacrymis, quem pro justitia pugnantibus frequenter adesse fama referente didicerant; vovent se sub nomine martyris et in honore sanctæ Mariæ virginis in urbe regia fabricaturos ecclesiam, si ejus interventu victores remearent. O præclarum et insigne miraculum! Apparet martyr quibusdam de exercitu et christianam aciem signifer insignis præcedit. Horror invadit hostilem exercitum et metu divino perculsi omnes vertuntur in fugam. Immanes barbaros, quibus paulo ante multus et fortis resistere non valebat exercitus, auxilio martyris munita persequitur acies non grandis. Fit paganorum strages innumera, et multis onusti spoliis victores christiani revertuntur. Imperator igitur Constantinopolim regressus, voti, quo se apud deum et beatum martyrem obligaverat, non immemor, in honorem sanctæ Mariæ virginis ecclesiam construxit: ad cujus opus fabricæ tam

III] Geisli 52—56, Hom. 151—52 (III), Sv. Leg. 866, leg. Saga 105 (har tilføiet Sætningen: en ægi var minni liðs mun en sextigir varo um æinn). Hskr. 776 (Ólafss. c. 267). Snorre har stærkt benyttet Geisli: Stedsnavnet Petzinavellir (ved Fl. Bitzina i Bulgarien), Væringernes Antal (halvfemte Hundred ɔ: 540), Forholdstallet til Fienderne (60 mod 1) og Slag-Skildringen (Vognborgene); han omtaler ikke, at den lovede Kirkebygning blev udført, og tilføier Navnene Kyrialax (ɔ: Alexios Komnenos † 1118) og Thore Helsing. I den større Haraldssaga (Flat. III, 295, Fnm. S. VI, 144—47) henføres Begivenheden til Harald haardraades Ophold i Konstantinopel.

24. in honorem S. Mariæ] Hom. oversætter „hinni hælgu møy Mariu oc hinum hælga Olaue konunge“, leg. Saga rigtigere „hinni hælgu Mariu“, hvilken Forskjel dog ikke har nogen Betydning, da Kirken efter Linje 2—3 var indviet ogsaa til St. Olav.

devota fuit et prompta populi victoris oblatio, quatenus perfecta ecclesia ingenti et peractis omnibus, quæ ad ejus ornatum erant necessaria, adhuc de pecunia oblata multum superesset. Et quia in his et aliis multis beneficiorum insigniis omnium animus devotus extiterit, multarum preciosarum et inde missarum rerum splendore hæc, in qua ipse requiescit, testatur ecclesia.

IV. Erat in Dacia præpositus quidam, vir odibilis et pravus et, ut de iniquo legitur judice, [nec] deum nec homines reverens; hic ancillam habebat [natam in provincia beati martyris Olavi[1], et hæc erat erga venerationem sancti devotissima. Præpositus autem ille[2] non credebat his, quæ de martyre dicebantur; sed quidquid de miraculis ejus et gloria communis divulgabat assertio, rumorem[3] fictitium et ridiculum æstimabat. Contigit autem, ut passionis ejusdem regis et martyris annua revolveretur[4] solemnitas, quam cum magna veneratione regionis illius homines celebrant. Vir ergo pessimus[5] pravitatem, quam pridem in corde tractaverat, in opere demonstravit: non solum enim [noluit exhibere reverentiam sancti natalitio, sed etiam ad contemptum illius præfatæ mulieri, quam erga venerationem martyris ceteris devotiorem compererat, præcipit, ut in ipso festivitatis die panes deferat ad coquendum. Illa quia perversitatem hominis noverat et se

[1] ASS. quæ de Norvegia nata erat NLeg. ex Norwegia natam de villa sancti Olaui Löw. fødda i þrøndalögum Hom. [2] ut erat homo perversus et nequam et qui laudis bonorum ingenti depravaret studio, tilf. ASS. [3] NLeg. rumore ASS. [4] NLeg. reverteretur ASS. [5] ad ostendendam malitiam suam inveniens tempus idoneum tilf. ASS.

IV] Geisli 35—36, Hom. 153 (IV), leg. Saga 106, Sv. Leg. 867, Hskr. 588—89 (Ólafss. 268). I Geisli staar kun, at en dansk Kvinde vilde bage Brød paa Olavsmesse, men at dette blev forvandlet til Sten, og at Olavs Høitid siden har været holdt over hele Danmark (det sidste optages hos Snorre). Præpositus betyder vistnok ikke „Provst“ (Sv. Leg.), men Dommer eller „Høvding“; det er i Hom. oversat med „Greifi“, hvilket Sagaerne følger. Löwenerlegenden kalder ham „miles“, i Lübecker-passionalet oversat „Ridder“; disse tillægger ogsaa, at han drog til St. Olavs Grav og lovede at faste paa hans Messedag, hvorved han blev helbredet.

8. iniquo judice] sml. Lucæ Ev. XVIII, 2: Iudex quidem erat in quadam civitate, qui deum non timebat et hominem non reverebatur; v. 5, judex iniquitatis.

tormentis sciebat affligendam gravissimis, nisi obsecundaret illius scelerati imperio, licet invita, sacrilegis mandatis obtemperat; panes defert ad clibanum: læsa vehementer crebris gemitibus sanctum interpellans testatur quoque et juramento confirmat, se nunquam deinceps delaturam honorem martyri, nisi certis declararet indiciis in tanta necessitate virtutem suam. O recens et ante tempus illud inauditum miraculum! Uno eodemque momento et homo nequissimus percutitur cæcitate et panes in clibano positi convertuntur in lapides. Adhuc ex illis lapidibus unus in miraculi testimonium et memoriam in beati basilica reservatur martyris.

v. Pueri cujusdam falso impetiti crimine (ut sæpe fert justus crimen iniqui[1]) lingua abscisa est; hic fama miraculorum, quæ per sancti Olavi merita fieri frequenter audiverat, excitatus ad memoriam martyris venit: sanctum multis efflagitat lacrymis, altis exorat gemitibus, ut loquendi officium, quod injuste perdiderat, suo sibi restituat interventu.[2] — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
Factum est, ut qui ad sepulchrum sancti moerens et elinguis venerat, libere loquens ad sua cum gaudio remeaverit[3].

vi. Alter quidam [a Slavis[4] captus abscisa lingua forte elap-

[1] Brev. impii ASS. [2] ingen Lakune betegnes i Brev. eller ASS. [3] ASS. remeavit Brev. [4] ASS. aslaius (!) Brev.

V] Geisli 37—39, Hom. 153—54 (v), Sv. Leg. 868, leg. Saga 101, Hskr. 696 (Ólafss. 276). Af Sammenligning med Oversættelserne fremgaar, at den lat. Legende har tabt et Stykke, der svarer til Homiliens Ord (sml. Sv. Leg.): *Nu á stund noccorre um dag æin þa sofnaðe hann í kirkiu inni, oc syndisc hanum í søfne maðr ein æinca friðr oc æigi alþór at vexti ganga til sín ut ór scrinino, oc toc hendi sinni i mun hanum oc hæimti til sín þann litla stuf er eptir stoð tungunnar, oc togaðe sva hart oc teygði at sá ungi maðr fecc æigi þolat í søfnenom uøpanda. Þvi næst vacnaðe hann oc ræis upp hæil oc þaccaðe varum drotne fagnsamlega oc þæim guðs vin er hann hafðe hæilsu oc miscun af þeget.* — I Munken Halls Relation om dette Jærtegn (leg. Saga c. 119) er tilføiet, at Manden hed Kolbein, og at Thora Guthormsdatter, Moder til Sigurd (ɔ: Kong Sigurd Mund † 1155) havde ladet Tungen skjære af ham. Begge Dele er optagne af Snorre, der imidlertid gjør Thora til Sigurd Jorsalfares Moder.

VI] Geisli 40—41. Hom. 154 (vi), Sv. Leg. 868, leg. Saga 114

sus est. Hic ad memoriam martyris veniens et, ut linguæ suæ pristina redderetur sanitas, cum intima cordis contritione postulans usum loquendi, quem amiserat, recepit seque in ecclesia eadem perenni obsequio mancipavit.

VII. Mulier quædam adeo deformiter contracta, ut pedes ejus clunibus adhærerent, ad sepulcrum martyris allata est. Ubi cum in lacrymis et obsecratione jugiter[1] perseverasset diutius, integræ sospitati reddita, extensis[2] nervis, erectis tibiis, confortatis pedibus et singulis membris officio suo et formæ redditis, hilaris et gaudens ad propria repedavit.

VIII. Erant duo viri fratres et hi genere præclari, abundantes in sæculo obtinuerunt divitias. Illis erat soror secundum carnis superficiem pulchra, sed, ut rei probavit exitus, ad pravorum detractiones minime[3] circumspecta. Hæc cum quodam sacerdote Anglico, qui in domo fratrum ejusdem mulieris manebat, devotam habens familiaritatem, [honesto zelo multa eidem contulerat beneficia[4]. Accidit autem, ut de muliere illa sinistra suspicio oriretur, sed quia sermo malus mentem audientium faciliter solet inficere, [propter assidua colloquia insonti sacerdoti culpa indicitur. Fratres autem ejus ob magnam familiaritatem,

[1] NLeg. jugi ASS. pervigili Brev. [2] ASS. og Brev. expansis NLeg. [3] NLeg. numen Brev. [4] Brev. honestam servitutem multaque beneficia ei contulerat NLeg.

og efter Munken Halls Relation c. 119; her kaldes han Halldor, og Tidspunktet er „den Dag, da Kardinal Nikolaus kom til Norge, en halv Maaned før Olavsmesse“ (altsaa 15de Juli 1152), medens det efter Geisli maa være forefaldt langt tidligere. Snorre har sammenarbeidet begge Beretninger (Hskr. 745—46 og Ólafss. 277). Navnet Aslaius i Breviariet er Trykfeil for „a Slauis“.

VII] ikke omtalt i Geisli. Hom. 154 (VII), leg. Saga 108 og 115, Sv. Leg. 868, Hskr. 657 (Ólafss. c. 274).

VIII] Geisli 58—61, Hom. 154—56 (VIII), leg. Saga 109, Sv. Leg. 869, Hskr. 746—48 (Ólafss. c. 278). Hom. oversætter „brœðr tveir váro í Vic austr“, hvor „í Vic“ rimeligvis er fremkommet ved Feillæsning af „duo viri fratres“. Leg. Saga tilføier (efter Munken Hall?) Prestens Navn Rikard, og Snorre kjender (rimeligvis fra samme Kilde) baade Brødrenes Navn og Herkomst (Einar og Andres, Guthorm Graabardes Sønner) og Stedet, hvor Lemlæstelsen skede (Stedsnavnene Skiptisandr og Sæheimsruð ved Randsfjorden kjendes ellers ikke).

qua sacerdoti conjuncta fuerat, quasi de re certi supra modum indignati sunt et furore nimio succensi dolorem suum dissimulando suppresserunt. Quadam vero die sacerdotem nihil mali suspicantem evocant et assumpto quodam cliente suo iniquitatis, quam conceperant, conscio quasi cujusdam rei gerendæ gratia secum abducunt. Cumque remote et longe a domo sua in loca secretiora devenissent[1], arripientes presbyterum nihil tale formidantem frangunt ei tibias, abscidunt linguam, a capite oculos eruunt; [denique cum ille dolore anxius linguæ, residuum movens balbutire videretur, invadentes eum partem linguæ, quam reliquerant, forcipibus extrahentes iterum abscidunt, et eodem semivivo relicto in domo cujusdam pauperculæ mulieris ab ipsa susceptus defertur. Porro ille tantam expertus crudelitatem hominum de divina clementia non diffidit; ore tacens devoto corde efficacius loquitur. Quo infirmior, eo fortior et potens ad gloriosum martyrem Olavum, de cujus meritis tam magna audierat, totis conversus præcordiis, illum sibi in tanta necessitate non deesse. Quo miserior, eo miserabilior, quo magis anxius, eo obnixius eum deposcit. Sic in oratione et gemitu et contritione cordis persistens opem martyris implorare non cessat: miser miseratione dignus postero tandem die soporis quiete resolvitur. Et ecce apparuit ei sanctus martyr, dicens se esse Olavum, quem tam devote et obnixe invocaverat. Deinde oculos ejus et tibias et quæque loca saucia blanda manu pertractans tandem, ut ad linguam ejus manum suam misit, radices tanto extraxit conamine, ut nimio dolore coactus clamorem maximum sacerdos emitteret. Ilico post salutarem tactum martyris tam graviter læso tanta divinæ pietatis ubertas affuit, ut nihil omnino passus videretur: lingua reddita, tibiæ sanatæ, oculi restituti et loca, quæ fuerant vulnerata vel læsa, integerrimam recepere sospitatem. In argumentum tamen, quod oculi fuerant eruti, remansit in palpebris cicatrix candida[2].

IX. Contigit sancto adhuc vivente in carne, quod quadam die dominica gloriosus rex Olavus virgulam forte, ubi residebat,

[1] fra propter—devenissent mgl. NLeg. [2] Istedenfor fra denique (L. 9) har NLeg: Hanc per merita beati regis et martyris Olavi et ex gratia Jesu Christi universa ecclesia ejusdem regionis noverit (!) pristinæ sanitati restitutum.

IX] Hom. 156—57 (IX), leg. Saga 110, Sv. Leg. 870, Hskr. 462—63 (Ólafss. c. 186). Snorre omtaler denne Begivenhed (men ikke som

inventam cultello, quem manu tenebat, dolaret, immemor quod dominica dies esset. [Observant autem in Norvegia cum magna diligentia dies festos, nec ullus aliquid operis magni vel parvi facere præsumit[1]. Unus igitur ex eis, qui assistebant regi, videns quia rex dominica die dolaret, nec tamen aperte ausus est dicere, quod dominica dies esset, hac illum voce commonuit: domine (inquit) rex, cras erit secunda feria. Qua commonitione rex ad se conversus et, quia virgam dolaverat dominica die, vehementius dolens, omnes dolaturas virgæ collegit et collecta super manum suam igne adhibito combussit, quibus combustis manus illius illæsa apparuit.

x. Rusticus quidam vir simplex et innocens a quibusdam potentibus provinciæ illius, in qua manebat, non justitiæ, sed odii causa falso latrocinii causa impetitur, et postposita discussione negans trahitur et inimicorum præjudicio suspendio addicitur. Cumque anxius et miserabilis in gente perversa nullum cum oraret justitiæ locum videret, de humano prorsus desperat auxilio. Unde ad dei misericordiam toto se vertebat pectore et beatum martyrem Olavum obnixius deprecatur, ut innocenti sibi apud deum precibus pro justitia subveniat, qui nocentibus multotiens misericorditer a debita poena suis precibus liberat. Quid plura? Ex adipe prodiit iniquitas eorum, absque mora transiit in effectum; suspendunt insontem suspendio digni. Verum legis scrutator sanctus Olavus miseretur miserabili: affuit clamanti pro innocentia justitiam postulanti. Continuo itaque, ut a terra levatus est, quasi in visione visus est sibi sanctus martyr Olavus pedibus suis asserem supposuisse, cui innixus per novem ferme horas illæsus permansit: donec uxor sua et filii a quodam nobili reverterentur impetrata licentia, ut corpus deponerent et sepulturæ com-

[1] rettet efter Hom. 156 (leg. Saga c. 110): En Noregs menn halda alvel messodaga, sva at engi maðr þorer at vinna um hotiðir, hvarke mykit ne litit. Observabant enim—præsumebat Brev. mgl. Slesv.

Mirakel) under Olavs Ophold i Rusland, og Löwenerlegenden henfører Miraklet udtrykkelig til den Tid (ipso in Ruscia existenti).

X] Hom. 157—58 (x), leg. Saga 111, Sv. Leg. 871, ikke hos Snorre, men derimod i den større Olavssaga i to Membraner fra Sluten af 14de Aarhundrede: Flat. II, 388, Postolasögur II, 181; i den sidstnævnte siges Bonden at bo „as Meri“.

mendarent. Cumque [illuc advenissent[1], ut eum sustollerent, filius ejus ascendit arborem, cui suspensus adhærebat, quæ ex quodam promontorio alte fixa manebat; cujus summitatem cum prædictus juvenis serpendo attingeret, vibrato ictu ligamen, quo sustentabatur, præcidit. Quod dum fieret, corpus miserabile in tale præcipitium tendit, ut magis membratim crederetur comminui quam etiam viventi salus posse sperari. Sed nec casus asperitas nec eminentia scopuli poterat inferre gravamen, cui pro justitia martyris meritum præstitit juvamen. Qui statim quasi resolutus sopore resedit, visionem velut somnium recolens; cum autem discedente algore vigor membris accresceret et resumpto spiritu paulatim convalesceret, ad sancti martyris limina propere tendit, et rem penes se gestam et multorum testimonio approbatam ad laudem dei ex ordine ejus loci archiepiscopo et fratribus exposuit.

XI. Contigit quodam tempore civitatem, in qua sanctus martyr requiescit, vehementer accendi, unde ad muniendam ipsam ecclesiam corpus martyris pro muro ignibus opponunt. Accessit autem quidam satis temerarius et scrinium martyris coepit verberare minas inferendo, quod totum simul incendio relinquendum esset, nisi solitum monstraret beneficium et ecclesiam cum domibus adhuc illæsis suis orationibus custodiret. Ecclesia autem intacta permansit, sed vir ille nocte sequenti gravi oculorum dolore correptus, tandem in ecclesia sancti martyris precibus salutem recepit.

XII. — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— —

XIII. — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— —

[1] indsat efter Hom 157[19]: siðan þau como þingat. mgl. Brev.

14. fratribus] o: Presterne ved Domkirken, der var canonici sæculares (Langes Klosterhistorie S. 22).

XI] Hom. 158 (XI), leg. Saga 112, Sv. Leg. 872, Hskr. 656 (Ólafssaga c. 273, af Snorre henført til Olav kyrres Tid).

XII] Om den danske Mand, som Venderne fangede, er kun bevaret paa Oldnorsk: Hom. 158—61 (XII), leg. Saga 113, Hskr. 697—99 (Ólafssaga c. 275, af Snorre henført til Sigurd Jorsalfares Tid).

XIII] Om den epileptiske Kvinde er kun bevaret paa Old-

xiv. In civitate quadam Ruscia, quæ Holmegarder appellatur, contigit tale incendium subito devenisse, ut totius urbis vastatio videretur imminere; cujus habitatores nimirum[1] timore resoluti ad quendam sacerdotem latinum, nomine Stephanum, qui in ecclesia beati Olavi ibidem ministrabat, catervatim confluunt, ut in tanta necessitate experiantur beati martyris auxilium[2] et certis probent indiciis, quæ de ipso fama referente didicerant. Sacerdos autem haud segnis eorum favet voluntati, imaginem ejus arripit brachiis suis, ignibus opposuit; sed nec ignis ulterius transgreditur et pars relicta civitatis ab incendio liberatur.

xv. — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — —

xvi. — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — —

xvii. — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — —

xviii. Anno quo beati martyris Olavi basilica[3] novo principa-

[1] Brev. Langebek rettede til nimium [2] mgl. Brev, indsat af Langebek. [3] ASS. ecclesia Brev.

norsk: Hom. 161—62 (xiii), leg. Saga 116, Flat. II, 389 (ikke hos Snorre).

XIV] Hom. 162—63 (xiv), leg. Saga 117, Flat. II, 390 (ikke hos Snorre); de oldnorske Bearbeidelser oversætter „sacerdos latinus“ med „klerkr æinn oc kennimaðr“ (!).

XV] Om Stenkirken i Thelemarken findes kun paa Oldnorsk: Hom. 163 (xv), leg. Saga 120, Flat. II, 390—91 (ikke hos Snorre).

XVI] Om den tabte og gjenfundne Gut findes kun paa Oldnorsk: Hom. 163—64 (xvi), leg. Saga 121, Flat. II, 391 (ikke hos Snorre).

XVII] Om den Mand fra Ytröy, som gav sig til Fanden, findes kun paa Oldnorsk: Hom. 164—65 (xvii), leg. Saga 122, Flat. II, 391—92 (ikke hos Snorre).

XVIII] Lacune i Hom. 165—67 (udfyldt af Unger efter leg. Saga), leg. Saga 123 („anno quo“ osv. oversættes med „at jamlængd þeirri“ o: Aarsdagen for den Tid osv.), Hskr. 631—32 (Olafss. 271). Snorre har henlagt Miraklerne til Olav kyrres Tid og til Kristkirkens Indvielsesdag istedenfor til Olavsfesten 1152; hans Grund herfor har vel været, at de ikke stemmede med det samtidige Geisli (hvor ellers Helbredelsen af den stumme nævnes som

tus et pallii vestitur honore, inter crebras populorum confluentias adsunt quidam tres debiles ex longinquo varia corporum ægritudine laborantes. Qui pariter ad ecclesiam beati martyris venientes ipsius obtentu sperabant se ea die gratiam sospitatis potissimum impetrare, qua idem martyr carnis jura pro Christo solvens gaudium suscepit æternaliter permansurum. Erat namque inter eos quidam cæcus, qui in ipsa martyris vigilia visionis lætitia meruit consolari. Die vero sequenti cum processionis officia solemniter agerentur et in cimeterio feretrum more solito deponeretur, mutus quidam locutionis gratiam recepit [et diu detentæ linguæ officium[1] in laudem salvatoris gaudens laxavit. Mulier etiam quædam a Suevorum finibus longe profecta ad limina sancti martyris orationum causa decrevit proficisci, quæ licet in itinere tam causa[2] cæcitatis quam laboris multa pateretur incommoda, fide tamen robusta et spe confortata iter complevit aggressum. Quæ cum natalis illius die gloriosam ingrederetur basilicam et sacrosancta missarum celebrarentur officia, visionis optatæ lætitiam, quam ab annis jam tredecim amiserat, meruit recipere.

XIX. Varingus quidam in Ruscia servum emerat bonæ indolis juvenem, sed mutum; qui cum nihil de seipso profiteri posset, cujus gentis esset, ignorabatur. Ars tamen, qua erat instructus, inter Varingos eum conversatum fuisse prodebat, nam arma, quibus illi utuntur, fabricare noverat. Hic cum tamdiu ex venditione dominica[3] diversa probasset, ad mercatorem quendam postmodum devenit, qui ei pietatis intuitu jugum laxavit servile. Hic optata libertate potitus in civitatem devenit, quæ Holmegarder appella-

[1] Brev. ejusque detenta lingua officia ASS. [2] Brev. mgl. ASS. [3] rettet. dominia Brev.

en endnu tidligere Begivenhed, v. 26). Miraklet med den blinde Kvinde findes i Breviariet to Gange, den sidste Gang urigtig henført til Stiklestad.

XIX] Leg. Saga c. 124 (Lacune i Hom.), to Haandskrifter af den større Olavssaga (A. M. 325, 5 qv. og Thomasskinna, trykte i Fnm. S. V, 221), ikke hos Snorre eller i Flatöbogen.

21. ars tamen—noverat] gjengives i leg. Saga: þess gato þo marger menn, at hann minndi norrœn vera, firir þui at hann gerðe vaþu þau iamnan og bio, er Væringiar æinir nyta. Oversætteren har altsaa forudsat, at Væringiar er det russiske Navn paa Nordmænd (sml. Thidrikssaga).

tur, in domo cujusdam religiosæ matronæ hospitalitatis gratia suscipitur; mansit per dies aliquot. Mulier autem in beati martyris Olavi honore existens sedula, ad omnes horas in ejus ecclesia orationibus procumbebat. Nocturni igitur temporis hora visus est a se videri beatus martyr Olavus præcipiens sibi, ut præfatum secum puerum ad ecclesiam deducat; quod statim ad matutinales horas properans exsequitur. Cumque in ecclesiam simul venirent, puer haud diu moratus sopore resolvitur, et qui mulieri prius apparens curandum ad ecclesiam adduci præcepit, vultu et habitu probatur postmodum idem divina favente gratia curationem puero apparens contulisse.

xx. Contigit etiam in loco, qui Sticlastather dicitur — — —
— —

XX] sml. leg. Saga. c. 125 og Hom. S. 167—68 om Miraklet ved Indvielsen af Stiklestads Kirke. I Breviariet er aabenbart Begyndelsen af dette Mirakel blandet sammen med Miraklet om den blinde Kvinde, som blev helbredet det Aar, da Palliet kom til Nidaros (No. XVIII).

IV.

ACTA

SANCTORUM IN SELIO.

I. Tempore magnifici imperatoris Ottonis primi erat in partibus Hyberniæ regali stirpe progenita beatissima Sunniva, quæ patre mortuo regnum jure hereditario regendum suscepit. Hæc studio boni patris in fide Christi instructa populum sibi subjectum vigilanter retrahebat a noxis, sanctitate quoque vitæ et morum honestate ad exercitia bonorum operum invitabat. Erat ei erga cultum religionis catholicæ ecclesiarumque subsidium affectio maxima, erga oppressos et pauperes mira compassio. Et devotionem, quam in junioribus annis sub patris potestate mens Christo sacrata conceperat, jam ad annos maturiores perveniens suique juris effecta sanctis exemplis et piis operibus monstrabat[1], dignam reputans, quod sicut aliis honore præstabat, ita et virtutum exercitiis et misericordiæ operibus quasi lux prævia anteiret.

II. Sanctitatis ejus et generis, formæ quoque et rerum fama late diffusa ad cujusdam tyranni notitiam pervenit. Hic a maligno instigatus terram virginis hostiliter invadens, violenter etiam opprimens jure nefario devastabat. Tandem promittit varia et blandis persvasivisque sermonibus eam alloquitur, ut ei, qui sic potens et strenuus erat, thori consortium non negaret; minabatur quippe se totam terram cum indigenis, si suæ voluntati non acquiesceret, ad ultimum exterminium deducturum. Illa vero divino amore succensa, non illecta blanditiis nec minis perterrita, considerans etiam periculum divitiarum labentium, magis elegit exilium quam viro sacrilego copulari.

III. Illa vero cum suis consilio inito requirit, quid e duobus eligeret, aut causa servandæ sacræ fidei continentiæ secum pa-

[1] rettet. monstraret Brev.

1. Ottonis primi] „ab anno 936 ad an. 973. Habemus hic æram nativitatis sanctæ Sunnivæ" (Langebek).

triam relinquere aut ibi viventes perniciter sub maligni tyranni dominio permanere. Cum ergo multi dono dei præventi famulæ dei, dominæ suæ, tam morum imitationis quam comitatus itineris elegerint præbere solatia, ipsa cum sociis suæ tribulationis quam pluribus viris, mulieribus et parvulis vitans hujus sæculi fluctus, fluctuum maris se committens discrimini, cum tribus naviculis versus partes aquilonares tendens inter undas iter arripuit. Voluntati divinæ se suaque committens sine remis et aliis navis utensilibus mare simul et exilium confidenter ingreditur. Ceterum mirabilis deus in altis dominus, cui venti et mare obediunt, in se confidentes ab inani periculo et a mirabilibus elationibus maris illæsos et incolumes reservavit.

IV. Tandem cum post transacta longa maris spatia ad partem illam Norvegiæ, quæ a vulgo Firdorum[1] provincia nuncupatur, gloriosa illa comitiva domino ducente pervenit, hujus provinciæ incolæ rationis alieni, cultu silvestres, moribus incompositi, videntes sanctos dei finibus suis appropinquare, continuo congregato exercitu, tanquam ad latrones cum gladiis et fustibus exeuntes, cum eos comprehendere non possent, procul a terra cum sagittis et lapidibus expulerunt; erant enim gentilitatis errore excæcati et lumen veritatis infirmis oculis aspicere non valebant. Iterato igitur sancti dei pelagi coguntur inire discrimina: tempestate exorta corporali præsentia separantur, qui mente et spiritu[2] separari non norunt.

V. Beata igitur Sunniva fluctuum turbatione sedata cum majori[3] parte sociorum ad insulam, cui nomen Selio, applicuit ibique mansiunculam faciens in speluncis et cavernis terræ præ timore gentium habitavit. Reliqui vero socii ad aliam insulam applicantes, quæ Kin[4] a vulgo nomen accepit, simili modo manserunt, ex captione piscium vitæ sibi necessaria acquirentes. Eo tempore comes Haquinus de Ladum omni tyranno crudelior in populum sibi subjectum desæviens sceptra regni Norvegiæ vio-

[1] rettet. Ferdorum Brev. [2] rettet af Lgbk. spiritum Brev. [3] rettet af Lgbk. majorum Brev. [4] rettet. kyn Brev.

14. Firdorum provincia] oldn. Firða-fylki, her Fastlandet i Modsætning til Øerne Kinn og Selja (i samme Fylke), hvorhen Stormen drev de Flygtende.

18. tanquam ad latrones] sml. Matth. Ev. XXVI, 55: Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me.

lenter adeptus est; sub hoc principe tempus non modicum in prædictis insulis sancti dei commorantes domino Iesu Christo in multa abstinentia et paupertate[1], castitate et vitæ sanctitate serviebant. In his insulis nondum indigenarum habitatio erat, sed qui in terra adjacenti degebant, pecora[2] sua [in pascuis ibi[3] habuerunt. [Cum ergo, sicut solet sæpe contingere, pecora, quæ sine custodibus in montibus vel in insulis ac locis pascuntur campestribus, non omnia interdum a possessoribus reperiuntur, pagani de adjacenti terra venientes, quas prima facie non poterant invenire, bestias furtive credebant ablatas. Sed cum viderent sanctos dei ad illas insulas devenisse, ignotos sibi forma, lingua non intelligibiles, religione et cultu dissimiles, res suas illos abstulisse frustra arbitrabantur. Sed certe existimandum non erat, ut sancti dei, qui pro observanda virtute, ne illicitis contaminarentur operibus, possessiones patriamque reliquerant, alienum aliquid sibi in exilio usurparent[5]. Despiciebant tamen famulos dei homines, videlicet pagani, servi diaboli, a deo alieni, et velut fures et latrones abominantes[4], multas injurias eis intulerunt. Insuper[6] ad prædictum comitem [venerunt rogantes eum[7], ut superveniens cum exercitu famulos dei trucidaret.

VI. Malignus igitur comes filius iniquitatis, membrum diaboli, ad virtutes tardus, ad flagitia velox, iniquis petitionibus acquiescens cum armato exercitu ad præfatam insulam properabat, ut sanctos dei si invenire posset extingueret. Sancti autem[8] hæc videntes specus suos intrabant, [preces ad deum devotas effundentes cum lacrymis[9], ut animabus suis requiem æternam daret, sepulturam vero corporibus sub scopulis super eos cadentibus angelico præberet officio. Sicque factum est; nam ruentes[8] scopuli [omnes pariter[10] oppresserunt et sanctorum animas, malefactorum subtractas furiis, coelo reddiderunt. Sicque regis filia et [post eam comites ejus[11], qui fuerant socii tribulationis, consortes effecti gaudii, de cavernis petrarum adducuntur [ad palatium regis sempiterni[12], [ubi facie ad faciem deum intuentur, ejus dul-

[1] her begynder Legendariet (. . upertate). [2] Brev. pectora (!) Leg. [3] Brev. ibi in pascuis Leg. [4] fra [Leg. Contigit autem sæpe pecora non omnia a possessoribus inveniri: furtiue a sanctis frustra suspicantur ablata: Brev. [5] rettet af Lgbk., usurpare Leg. [6] Leg. Et venientes Brev. [7] Leg. rogabant Brev. [8] Leg. mgl. Brev. [9] Leg. orantes cum lachrimis dominum Brev. [10] Leg. martyres Brev. [11] Leg. eius comites Brev. [12] Brev. in templum regis Leg.

cedine sine fastidio perfruuntur[1]. Prædictus autem[2] tyrannus [et multitudo paganorum cum[3] explorata diligenter insula sanctos [dei non invenissent[4], obstupefacti sunt, cum admiratione non minima recesserunt.

VII. [Transacto vero tempore cum præfatus comes[5] a servo suo miserabiliter [interemptus et a summo judice dignam meritis suis accepisset[6] sententiam, [regnum regendum Norvegiæ post hoc[7] suscepit christianissimus rex Olavus filius Tryggonis regis, cujus industria [et instantia[8] gens Norvegiæ abjecta idolorum servitute per [beatum et[8] venerabilem virum Siguardum episcopum christianæ fidei sacramenta percepit. Accidit autem[8] eodem tempore, ut[8] cum quidam mercatores navigarent circa sæpedictam insulam de Selio, viderent[9] in littore maris quasi columnam claræ lucis usque ad coelum porrectam fulgere. [Viso[10] igitur jam insolito novitatis spectaculo magna eis admiratio et curiositas studiosa incutitur[11], quid novitatis signum hujusmodi demonstraret[12]. Appropinquantes autem columnam lucis, caput humanum sub ipsa luce coruscare inveniunt, de quo miræ fragrantiæ odorem sentiunt redolere[13].

VIII. [Accipientes autem[14] mercatores thesaurum tam venerabilem omnibus mercimoniis suis incomparabilem, sacrum videlicet[15] caput, [in timore et reverentia secum tulerunt[16]. Inde navigantes versus Throndemiam[17] regem[18] gloriosissimum invenerunt.

[1] fra [kun i Leg. [2] Leg. mgl. Brev. [3] Leg. cum multitudine paganorum Brev. [4] Leg. non invenientes Brev. [5] Leg. Præfatus comes transacto tempore Brev. [6] Leg. interimitur accipiens a summo judice dignam meritis suis Brev. [7] Brev. regendum Norvegiæ Leg. [8] Leg. mgl. Brev. [9] Leg. viderunt Brev. [10] rettet af Lgbk. visu Leg. [11] rettet af A. M. intuitur Leg. [12] istf. Stykket fra [har Brev.: Admirantur. [13] Brev. redolentem Leg. [14] Leg. ceperunt Brev. [15] Leg. mgl. Brev. [16] Leg. et cum timore et reverentia Brev. [17] Leg. Trondemiam Brev. [18] Brev. ubi Leg.

10. Siguardum] sml. Odd (Fnm. S. X, 280): Jón biskup, er Sigurðr hét öðru nafni. Om ham se ovenfor S. 15[6], 43[16], Note til 115[9], Biskopslisten i Munchs Saml. Afhandlinger II, 590—94 samt Broder Gunnlaugs Beretning i Fnm. S. III, 163—72.

12. quidam mercatores] sml. Odd (Fnm. S. X, 279): hét annarr Þorðr Jorunnarson, en annarr Þórðr Egileifarson, þeir váru ríkir menn oc miclir höfþingiar, þeir áttu eignir í Fiörðum. Sml. Flat. I, 243: II rikir bændr, er sumir menn nefnna þord huornntueggia ok eru kendir vid mædr sina. annarr Þordr Egilæifarson en annarr Þordr Iorunnarson.

Erant autem [mercatores isti pagani[1], sed [post primam prædicationem illustrissimi regis errorem suum confessi tanti ducis verbi dei admonitionibus[2] se libenter obedire vovebant[3]. [Accercito ergo venerabili pontifice rex catholicus fecit eos in nomine sanctæ trinitatis baptizari et fidelium agmini aggregari. Baptizati ergo et in fide Christi instructi[4] in præsentia venerabilis antistitis christianissimo regi de columna lucis, quam viderant, et de capite, quod invenerant, fideliter narraverunt. Tunc[5] jussu regis caput allatum est, quod reverendus pontifex sacris manibus devote suscipiens in magna veneratione cum sanctorum reliquiis recondebat.

IX. Fiunt plures martyrum Christi[6] testes, jamque suæ sanctitatis inter preces dignantur habere, quos antea persecutores infestissimos habuerunt. [Nam plures[7] de eadem insula venientes ad regem, id quod priores viderant, se quoque vidisse sæpius firmiter[5] asserebant. Hortatu[8] igitur[9] beati pontificis rex devotus ad memoratam insulam cum multitudine fidelium navigio deveniens [cum lustrasset eam[5], invenit [in occidentali plaga insulæ montem[10] non modicum, [quem transactis aliquibus annis consideraverat[5], ante corruisse. Hunc locum devoti[5] rex et episcopus perscrutantes ibique[5] inter saxa boni odoris ossa[11] reperiunt. [Jubente igitur venerabili antistite benignoque rege annuente[5] constructa est[5] ibi ecclesia ac consecrata, ubi[5] signa ac virtutes operatur deus per merita sanctorum suorum usque in præsentem diem. Christiani vero cum sedule ossa sanctorum, quæ[12] reperiri poterant, congregarent, invenerunt[13] integrum corpus beatæ Sunnivæ virginis et martyris, quod tandem cum magno honore in scrinio collocatum est anno gratiæ nongentesimo nonagesimo sexto.

Transacto multo tempore venerabilis memoriæ Paulus Bergensis episcopus reliquias sanctæ Sunnivæ de insula Selio ad civitatem Bergensem transtulit anno domini millesimo centesimo

[1] Leg. pagani mercatores predicti Brev. [2] Leg. dulcis verbis dei ammonitionibus per regem Brev. [3] Brev. volebant Leg. [4] Leg. Instructi in fide baptizabantur per predictum pontificem. Et Brev. [5] Leg. mgl. Brev. [6] Brev. mgl. Leg. [7] Leg. Plures enim Brev. [8] Brev. hortatur Leg. [9] Brev. itaque Leg. [10] Leg. montem in occidentali plaga Brev. [11] Brev. mgl. Leg. [12] Leg. qua Brev. [13] Leg. (med det Ord stanser dette). inveniunt Brev.

30. Paulus Bergensis episcopus] † 2den April 1194 (Fnm. S. VIII, 287).

septuagesimo, et in cathedrali ecclesia ejusdem civitatis septimo Idus Septembris collocatæ sunt ad laudem dei omnipotentis.

Per murum matris gremio
cadens extinctus cernitur;
parenti puer Selio
per sanctos vivus redditur.

In Sunnivæ basilica
pernoctans cæca nata,
gaudens luce mirifica
virgo redit sanata.

Vir turris cono corruit,
sancti salvant cadentem;
muro turbo reposuit
fenestras facientem.

Matrona paralytica
ad hos sanctos recessit:
domum ope dominica
incolumis recessit.

Carybdi navis læditur,
Sunniva imploratur;
onusta manat; mergitur,
dum hæc evacuatur.

Ponte cadens virgo colliditur;
Ut curetur a sanctis petitur;
Recidivat, dum votum frangitur;
Voto sospes grato regreditur.

1. in cathedrali ecclesia] se Profectio Danorum in Hierosolymam (Scr. rer. Dan. V, 353): ibi sancta Sunnif toto corpore in ecclesia cathedrali exaltata quiescit.

2. septimo idus Septembris] Det er altsaa urigtigt, naar Lange (DN. I, Fortalen S. XLVII) henfører „Sunnivæ translatio" til 31te August. Ligesaa urigtigt siger Munch (nFH. d 39, Note 1), at „den egentlige Flytningsdag, 31te August, nævnes i forskjellige Kalendarier".

V.

ACTA

SANCTI HALVARDI.

I. Sanctus Halvardus ex nobilioribus ortus natalibus claruit[1], cujus pater Vebiorn[2], mater vero Thorny[3] dicebatur. [Cujus videlicet Thorny mater, ut fertur[4], fuit filia Gudbrandi[5] comitis, qui Gudbrandus genuit etiam Astam[6] sancti Olavi matrem. [Puer autem Halvardus crevit in domo paterna cunctis prædilectus; erat autem primo religioni deditus christianæ, obediens parentibus, erga propinquos benevolus[7], corpore castus, honestate præpollens, justitiæ cultor. [Cumque sanctus Haraldus in adolescentiam devenisset[8], coepit in re familiari procuranda patris adjutor existere. [Fertur etiam, quod apud cunctos habetur, quod a primævo[1] duo pondera sibi fecerat, quo[1], ne aliquando[1] fraudem faceret, sibi minus, fratri autem majus pensaret.

II. Cumque mercandi gratia Gotlandiam veniret et sua ibi-

[1] ASS. mgl. Brev. [2] Brev. Vebron ASS. [3] rettet. Thorni ASS. og Brev. [4] ASS. Mater vero Thorni Brev. [5] Brev. Gutbrandi, Gutbrandus ASS. [6] rettet. Ostam Brev. Ascham ASS. [7] ASS. Erat Brev. [8] ASS. Factus adolescens Brev.

2. Cujus videlicet Thorny mater] Oversæt: Hendes, nemlig Thornys, Moder. Læsemaaden i Brev. er forstaaet, som om Thorny var Datter af Gudbrand. Sml. Halvards Saga (Heilagra manna sögur I, 396): Sumir segia hona verit dottur, enn sumir dotturdottur Gudbrandz kulu hersis aa Upplondum. Aastas Søster kaldes i den leg. Saga (c. 1) Ulvilldr, men gjøres allerede her til S. Halvards Moder.

3. comitis] vistnok oprindelig Skrivfeil for: culu (sml. ovenfor S. 109[13]).

5. in domo paterna] Huseby i Lier (Heil. manna sögur I, 396).

13. Gotlandia] Øen Gotland, hvis Læsemaaden er rigtig; ialfald er det urigtigt, naar Langebek af Torfæus's Gjengivelse „Goth-

dem negotia exercere coepisset, venit quidam terræ illius indigena, vir prædives, Botvidus nomine. Hic cum viros ignotos vidisset, ad eos accedens, qui essent et unde, requisivit. Cui illi cuncta per ordinem indicabant. Hic vero cum sanctum Halvardum conspexisset, ait: Quis est adolescens iste? At illi nomen et genus indicabant. Quod cum vir prædictus audisset, ait: video vultum tuum singularem et præ cunctis hic stantibus honorabilem. Certe scio, quod magni prodigii lucet in te futurum aliquid, unde te cum tuis contribulibus ad refectionem invito. Quod sanctus Halvardus gratanter acceptavit. Ille vero suscipiens, omni humanitate exhibita convivium præparavit et cuncta, quæ in venalibus habebat, comparavit et multo plura redonavit; et tempore navigandi adveniente omnia necessaria ei tribuit et in pace abire permisit. Sicque sanctus salvis omnibus cum sociis est reversus ad patriam[1].

III. [Post modicum vero temporis[2], verno instante[3] tempore, [egressus sanctus Halvardus de domo patris, ut pro suis negotiis agendis[3] partes vicinas visitaret[4], venit ad stagnum, Dramn[5] nomine, per quod iturus erat; [extrahensque modicam lintrem de alga ascendit[6] eam. Et subito advenit[7] mulier prægnans, [tremens ac palpitans, rogitans[8] ut eam secum ferret. [Et interrogata, quæ esset et quo vellet, indicato nomine se transituram per mare velle affirmavit, et ideo cum videret hominem eo itinere properantem, ne tardior periret, ideo celeriter accurrisse. Jussa-

[1] Hele II mgl. i Brev. [2] ASS. mgl. Brev. [3] ASS. Instante verno Brev. [4] ASS. visitavit Brev. [5] rettet. Dram ASS. og Brev. [6] ASS. extraxit — et ascendit Brev. [7] Brev. venit ASS. [8] ASS. rogabat Brev.

landia“ slutter, at der menes „Westro-Gothia, provincia Sveciæ Norvegiæ contigua“.

2. Botvidus] Der er intet i Fortællingen her, som antyder, at denne rige Gotlænding skulde, som Munch antog (nFH. c 197), være den södermannlandske Helgen St. Botwid (Scr. rer. Svec. II, 377—382).

18. stagnum Dramn] Dramsfjorden, som fra Svelvig (straumrinn, Fnm. S. IX, 76) til Koppervik betragtedes som en Indsø, sml. vatn þat er Dröfn heitir (Hskr. 471, Flat. III, 79), vatnit Dröfn (Ungers Udg. af Sagaer om Sverre og hans Efterfølgere S. 285, 312). Huseby ligger kun 1,1 Kilometer fra Dramsfjorden og maa have havt sit Nøst, hvor nu Gaarden Frydenlund ligger.

que mulier[1] sedit in puppi. [Ille vero[2] iter arripuit navigando[3]. Et subito vidit [ad littus, quo mulier venerat, tres viros velociter[4] accurrentes, qui statim aliam cymbam arripientes[5] post eos velocius navigabant[6]. Tunc sanctus Halvardus mulieri[7] ait: Agnoscis hos? Ait illa[3]: agnosco. [Et ille[3]: Ut video, te requirunt[8]; [dic mihi, quid feceris[9]? [Respondit illa: Verum est, quod me persequuntur, sed quod mihi imputant, non feci[10]; imponunt enim[3] super me causam furti. [At ille[3]: Potes te [ex hoc[3] purgare [ferro ardente[3]? [At illa[10]: Possum [et parata sum[3], si mihi parcere velint. [Viri autem illi ipsos velociter insequentes[11] dixerunt: Cur tu[12], Halvarde, talis adolescens, [tam generosis editus parentibus[3], tam malam feminam[13] tuendam suscepisti? [redde eam, ut moriatur, quoniam digna[14]. [Quibus Halvardus dixit: Quid enim mali fecit? Qui dixerunt: Furata est res fratris nostri infringens domum ejus. Quibus ille ait: et quomodo domum infregit? Dicunt ei: Extraxit ansulam de poste, quæ tenebat seram. Et ille: hoc opus non est mulieris, sed fortissimi viri. An aliquis invenitur, qui eam viderat hoc fecisse vel in ejus domo sublata invenistis? Sin autem incertum est, cur morietur? Nonne magis justum, si potest, purget se a crimine. Sin autem, quod legibus justum est, de ea fiat, aut[15] redemptionem pro ea dabo, tantum[16] imprægnantem et infantem in utero habentem ne occidatis. [Oportet igitur vos sedari nec temere quid agere. Tunc illi e contra hoc furentes vociferabant. Unus autem quisquam[17]

[1] ASS. Jussa Brev. [2] ASS. et sic Brev. [3] ASS. mgl. Brev. [4] ASS. tres viros itinere, quo mulier venerat, ad littus Brev. [5] Brev. accipientes ASS. [6] Brev. navigant ASS. [7] Brev. mgl. ASS. [8] ASS. quærent Brev. [9] ASS. quid fecisti Brev. [10] ASS. Ait: Brev. [11] ASS. venientes viri prædicti Brev. [12] ASS. te Brev. [13] ASS. mulierem Brev. [14] ASS. quæ digna est morte Brev. [15] ASS. Sanctus pro ea multis modis respondit; inter alia dixit: Brev. [16] Brev. tantum ut ASS. [17] ASS. Illi vero contra eum furentes unus Brev.

9. ferro ardente] Jærnbyrd paabydes i alle de ældre Kristenretter — Gul. c. 24, Frost. II, c. 45, Borg. c. 16, Eids. c. 45 og „Sverres“ Kristenret c. 54 — men blev afskaffet i 1247 af Kardinalen Vilhelm af Sabina (Fnm. S. X, 22).

15. domum ejus] maa efter Brudstykket af Hallvards Saga have været „a Völlum“ (i Lier, nu Valle), hvis Ejer hed Kolbein (Heil. mnn. sögur I, 396).

eorum arcum arripiens[1] tetendit, et sagitta fortiter emissa pectori martyris infigitur. [Quo perempto[2] etiam mulierem occidunt et in littore sepelierunt. [Ipsi vero saxum ad collum sancti[3] ligaverunt et in profundum[4] submerserunt[5]; sed per divinam gratiam et merita martyris corpus ejus longe post cum saxo super mare natans repertum est.

[1] ASS. eripiens Brev. [2] ASS. mgl. Brev. [3] rettet. Ipsi vero saxum ad collum ejus ASS. Ad collum sancti saxum Brev. [4] Brev. mare ASS. [5] Brev. demerserunt ASS.

VI.

DE SPINEA CORONA.

I. Regnante in monarchia Norvegiæ illustri rege Magno quarto, quem pater misericordiarum large devotionis benedictione prævenerat, — requiem dedit ei de inimicis — non solum ad circumjacentes provincias, verum etiam in longinquas fama bonitatis ejus ac devotio percrebuit.

II. Congratulans in domino ejus famæ et devotioni Philippus rex Franciæ filius Ludovici regis deliberavit secum instinctu spiritus sancti, quid dignum offerret fraternitati regiæ ad devotionis affectum ampliandum. Accidit deo disponente, quod de concilio generali Lugdunis celebrato sub domino papa Gregorio decimo vir deo devotus, dominus Joannes, archiepiscopus regni Norvegiæ, cum nunciis dicti regis Magni ad fines suos repatriandi gratia Parisius transitum habuissent.

III. Quo comperto reputans hoc rex Philippus nutu dei factum, propositum conceptum adimplevit. Inito cum quibusdam ex discretioribus consilio, particulam unam de spinea corona domini fecit in sua præsentia per virum religiosum secari et in christallo transparenti locari, quam christallum forma angeli opere argentario venusto decore fabrefacti inter manus tenere videtur.

IV. Imitatus est in hoc artificio angeli coronæ reliquias tenentis rex deo devotus doctrinam evangelicam dominicæ passionis insignia angelico ministerio cunctorum tunc aspectui præsentanda: cum venerit filius hominis cum angelis suis in majestate, tunc apparebit signum filii hominis, id est crux Christi cum suis insignibus lucentior radiis solis.

V. Acta sunt hæc Parisius ad honorem domini nostri Iesu Christi et memoriam passionis ejus anno ab incarnatione domini [millesimo] ducentesimo septuagesimo quarto in die sancti Nico-

10. concilium generale Lugdunis] Conciliet i Lyon varede fra 7de Mai til 17de Juli 1274.

28. sancti Nicolai] maa være en Feil, thi den her beskrevne Fest for Tornekronen i la sainte Chapelle feiredes 11te August (in crastino S. Laurentii), se De vita et miraculis S. Ludovici autore

lai confessoris et pontificis in curia regis ipso præsenti. Hæc est dies, in qua veneratio dominicæ passionis crucis, coronæ ac omnium reliquiarum, quarum ibidem præclara et felix copia est, solemni officio ac indulgentia peccatorum locum illum ipso die frequentantium celebratur.

vi. Cum autem prædictæ reliquiæ ad civitatem Bergensem venissent, in ecclesia cathedrali reponuntur, postea ad ecclesiam duodecim apostolorum processionaliter sunt delatæ. Sed cum propter nimiam intemperiem aeris pluviæque inundantiam translatio illa bono modo fieri non posset, illucescente sexta feria, quinta die ab illa, qua primo Bergis venerant, serenitas et tranquillitas aeris rediit, et sic reliquiæ sunt reverenter collocatæ deo sic disponente, qui in sexta feria pro nobis coronatus et crucifixus est.

vii. Cum autem requisitum fuisset pro signando in kalendario translationis hujus diem, compertum est, quod ipso die habetur memoria illius præclari miraculi, quod non longe ab Antiochia apud civitatem Beryttum contigit de iconia, in qua dominicæ passionis opprobria per Iudæos renovata sunt, ut ex chronicis haberi potest anno domini septingentesimo quinquagesimo.

viii. Et quia miraculum istud a multis ecclesiis, etiam Romæ in ecclesia sancti salvatoris recolitur: Christo enim odibiles Iudæi (quorum multitudo copiosa in Berytto fuit propter studium legis Mosaicæ, quod ibi vigebat) quandam iconiam passionis dominicæ in domo quadam vicina scholis eorum a quodam christiano neglectam invenerunt; quam primo pedibus in detestatione crucifixi conculcantes et cuncta in ea dominicæ passionis opprobria iteraverunt.

ix. Cumque ventum esset secundum ordinem opprobriorum Christi, ut latus lancea perforarent, confestim ex latere sanguis et aqua ubertim profluxit et suppositam per eos ampullam implevit, quæ Romæ in ecclesia sancti salvatoris a Iudæis conversis ad fidem per istud miraculum cum isto sanguine tradita hodierna die conservatur, et solemne festum in memoria dominicæ passionis ac in hujus miraculi veneratione quinto Idus Novembris agitur.

Guillelmo Carnotensi (Recueil des historiens XX, 29); la sainte Chapelle var oprindeligt indviet til S. Nicolaus.

19. chronicis] se Legenda aurea rec. Graesse p. 608—9.

VII.

ITINERARIUM

IN TERRAM SANCTAM

AUTORE

FRATRE MAURITIO.

I.

. . . . . dicitur Tarfalgurfa, Hispanice vero Cabo sant Vincent, eo quod ibi corpus sancti Vincenti fuit inventum in littore.

De isto loco usque ad Kartaginem iter semper dirigitur versus orientem, et habetur Hispania ad lævam, Affrica vero ad dexteram.

Post Cabo sant[1] Vincent venitur ad nasum, qui dicitur Tarfanaban, deinde est civitas Silvestris, castrum Albuier, sancta Maria de Pharan; postea Gades, Herculis insula videlicet, quæ alio nomine vocatur Kadis[2]. Hic intratur versus Hispalensem civitatem, quæ alio nomine Sibilia vocatur. Usque ad hunc introitum sive ad hanc insulam durat Algarbia. In hac insula est statua Herculis, tenens clavem et clavam in manibus verso vultu ad Affricam, dans intelligi, quod Gades insula sit clavis Hispaniæ ex illa parte. In hac insula sæpe facta[3] est magna strages hominum tam christianæ gentis quam et Sarracenicæ, eo quod vicissim ex utraque parte occupabatur; nunc vero per[4] Alfonsum regem Castellæ ejectis inde Sarracenis firma et bene murata civitas est ædificata, episcopo de ordine fratrum minorum ibidem constituto.

[1] sent Cd. [2] Kalis Cd. [3] fata Cd. [4] mgl. Cd,

1. Tarfalgurfa] riml. arab. Tarf al-Gurâb (Ravnens Forbjerg), fordi efter Legenden en Ravn beskyttede St. Vincentius's Lig (ASS. Jan. mens. t. II, 397).

7. civitas Silvestris] nu Silves.

7. Albuier] nu Albufeira.

8. Pharan] nu Faro.

12. statua Herculis] Denne Statue bar indtil Aar 1009 i høire Haand en Nøgel (clavis), derefter, da denne var faldet af, en Stok (clava); den blev ødelagt Aar 1145; se Dozy, Recherches sur l'histoire et la littérature de l'Espagne II, 329 og Appendix XXXV.

16. nunc] Cadix blev erobret af Castilianerne i 1263, se Llorente, Historia general de España VI, 38.

De isto loco incipit terra, quæ Beata dicitur secundum antiquos, secundum vero modernos vocatur et Frontarea, eo quod frons est christianitatis ibidem contra infideles et ibi oporteat dura fronte barbaricis agminibus viriliter obviare.

Hic primo venitur ad nasum, qui Hispanice dicitur Cabo de Beta[1], postea ad alium, qui dicitur Cabo de Plata, deinde ad tertium, qui Sarracenice vocatur[2] Tarfalaga, cui ex opposito — hoc est ad meridiem — in Affrica est mons altissimus, qui dicitur Cabo de Spartel[3]. Ex isto loco sunt Sarraceni ex utraque parte, regnum Granatæ ad sinistram in Hispania, vero ad dexteram Affrica.

Modo inchoatur strictus Marrochitanus, ubi ad sinistram in Granata est castrum, quod dicitur Calcadara, ex opposito in Affrica mons maximus super Ceptam; deinde in Granata ad lævam in ipso strictu civitas magna, quæ Iazer-aterfa vocatur, ex opposito ad dexteram in Affrica Ceptensis civitas famosissima.

Usque ad istum locum de Ulixibona, hoc est ad strictum marrochitanum, est iter duorum dierum et duarum noctium, cum ventus ad libitum habetur, et possunt æstimari quadringenta et XL miliaria.

Post modicum spatium[3] jacet in strictus exitu ex parte sinistra in Granata castrum maximum et fortissimum, quod dicitur Gibeltare, alio nomine Vulan; dicitur et quod tota Hispania quondam, cum esset christianorum, tempore Rodici regis inde perdita fuit. Hic et projecit Karolus magnus lanceam suam in mare acquisita tota Hispania, cum propter mare ulterius progredi non posset.

De strictu Marrochitano jacet rectum iter continue juxta Granatam usque Kartaginem. De isto strictu incipit mare mediterraneum primo[5] angustum, sed cito versus barbariam ad meridiem ampliatur. Istud regnum Granatæ durat per quingenta miliaria juxta mare, ac deinceps — hoc est, de strictu — est istud totum mare per miliaria distinctum. De strictu ad civitatem Malaga sunt centum miliaria. De Malaga ad Muletam ducenta mili-

[1] oprindelig stod Pethia, men rettet til Beta Cd. [2] vogatur Cd. [3] Spartiel Cd. [4] mgl. Cd. [5] post Cd.

7. Tarfalaga] arab. Tarf al-agar, nu Trafalgar.

14. Cepta] nu Ceuta.

15. Iazer-aterfa] arab. Gezîra-Tarîf, nu Tarifa.

23. Gibeltare] arab. Gebal-tarik, nu Gibraltar.

aria. De istis duabus civitatibus asportantur meliores ficus, qui ad christianorum terras adveniunt. De Muleta ad Almariam civitatem antiquitus famosissimam LX miliaria. De Almaria ad Kartagenam ducenta et XL miliaria. Usque huc regnum Granatæ. Credo firmiter hanc terram fore altissimam omnium terrarum juxta mare, cujus montium cacumina nubes penetraverant nobis videntibus.

De Kartagena esset compendiosius iter recto tramite versus orientem ad Sardiniam per quingenta miliaria et L, Majoricam insulam relinquendo ad dexteram; nos vero eundo Massiliam deviavimus. Nam ad aquilonem directe tendebamus et sicut prius habuimus regnum Castellæ ex altera parte Hispaniæ ad sinistram velificando inter meridiem et occidentem, sic et postea habuimus similiter eandem terram ad sinistram velificando inter orientem et aquilonem. De Kartagena itaque juxta regnum Mursiæ et Castellæ usque ad locum, qui dicitur Alachant in Aragonia, centum L miliaria; item tantum ad insulam, quæ dicitur Euisa, ad cujus plagam meridianam jacet Majorica insula supradicta. De Euisa vero ad Massiliam quingenta et quinquaginta miliaria. In summa de strictu ad Massiliam miliaria mille trecenta et quinquaginta.

De Massilia in Sardiniam est iter inter orientem et meridiem et sunt hic quingenta miliaria. Proximus locus vocatur insula sancti Petri, quæ jacet fere contigua Sardiniæ. Istud mare est pessimum in toto itinere de Massilia in Acon. Sardinia est maxima insula et pertinet pro majori parte ad Pisanos, qui tenent ibidem duos comites. Kalie dicitur fortissimum castrum insulæ. Terra hæc in armentis et blado opulentissima, vini nescia et supra modum infirma. Gens levis cursu, rudis et

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

II.

.....[duo castra] valde nobilia, Iubeltare videlicet, quod erat principis Antiocheni, et Craçum, quod fuerat hospitalis. Cracum dicitur esse melius castrum totius mundi propter incredibiles reditus ipsius. Hoc castrum expugnavit soldanus circa annum

2. Muleta] riml. Feil for Muneca = arab. al-Munecab, nu Almuñecar.

10. dexteram] Feil for *lævam*.

34. soldanus] ɔ: Bibars, Mameluksultan 1260 — 1277; erobrede Crac 7de April 1271 (Wilken, Gesch. der Kreuzzüge VII, 590).

domini millesimum ducentesimum septuagesimum unum, quindecim milibus christianorum intus pro defensione ipsius existentibus.

In Antrodo itaque intus in ecclesia majori est capella virginis gloriosæ, miræ quidem pulchritudinis, licet parva, in qua non licet alienigenis celebrare nisi episcopis et fratribus minoribus et prædicatoribus tantum. Hic propter frequentiam miraculorum magna est peregrinatio. Dicitur sanctum Petrum in fabrica istius capellæ laborasse propriis manibus. Alia capella est intus in ipso castro, et asseritur, quod beata virgo et ipsa suis manibus in fabrica ipsius laborabat; sciens vero, quod futurum esset ibi castrum, commutavit ipsam cum[1] sancto Petro in capellam supradictam, eo quod peregrini liberius haberent illuc ingressum, sicut patet in præsenti.

Huc usque maritima Syriæ perlustravimus, nec est ultra christianitas nisi in Margato ad VI leucas, donec perveniatur in Armeniam. De Margato in Laodiciam sunt IX leucæ. De Laodicia[2] in Antiochia sunt L leucæ. De Antiochia in Armeniam sunt totidem leucæ, videlicet L. Nos vero de Antrodo revertebamur via, qua venimus, in Accon.

Ante Antrodum est insula parva, in cujus scopulis mater sancti[3] Clementis naufragium patiebatur, duobus filiis suis Faustino et Fausto (alio nomine Nicea et Aquila) ab ipsa in eodem naufragio separatis, quos submersos credidit, quousque in eodem loco veniente illuc Petro non solum illos duos filios, verum etiam Clementem, quem domi cum patre reliquerat, simul cum patre ipsorum, suo videlicet marito, divina dispensante gratia miraculo mirabili sanos insimul repererit[4], sicut in itinerario ipsius Clementis istud idem lucidius declaratur.

Quicunque ex isto breui itinerario sive per memorata loca peregrinando seu et ipsum legendo aliquid solatii nostro mediante labore acceperit, quæso ut animam felicis recordationis domini Andreæ Nicholai recommendatam[5] habeat coram deo meque pauperem fratrem Mauritium nihilominus divinæ pietati devotius recommendet[6].

[1] et Cd. [2] Laodiciam Cd. [3] sancte Cd. [4] repererat Cd. [5] recommendatum Cd. [6] recommendat Cd.

27. in itinerario ipsius Clementis] se S. Clementis Romani Recognitiones Rufino interprete (ed. Gersdorff) VII, 8 — IX, 37.

VIII.

FUNDATIO LYSENSIS MONASTERII.

Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi MCXLVI fundata est in honore sanctæ dei genetricis semperque virginis Mariæ abbatia in territorio Berginensi, loco, qui lingua Norrensi Lysa, Latina Lux appellatur. Hujus vero coenobii [fundator] Siwardus, virorum insignissimus, Norrensium quidem primorum nobili prosapia oriundus, Berginensis vero præsul extitit eminentissimus. Is autem fidei non fictæ calore superno respersus, religionis sincere optator avidissimus, mente perpendens sagaci, uti vir strenuus ingeniique sollertioris et emeritæ scientiæ, ordinem videlicet Cisterciensis consonantiæ regulamque beati Benedicti ceteris pro suæ puritatis merito præferendum ordinibus: evocatis de remotis Angliæ finibus ejusdem religionis probatissimis cultoribus, monasterium constituit, sumptus delegavit, necessaria monachis contulit et, quod ceteris omnibus præcellit, fratres sibi semper dilectissimos et singulari venerationis privilegio honoratissimos habuit. Super horum itaque Christi pauperum indigentiis vir ille felicis memoriæ, ut eum reciperent in æterna tabernacula, patrimonia sua non mediocriter expendens, ædificavit sibi domum non manu factam æterna in cella, quam nec flumina nec venti elidere quiverunt, fundata enim erat super firmam petram. Qui igitur recepit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet; quia quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, dicit dominus. Veniet igitur benedictus iste patris omnipotentis et accipiet regnum, quod sibi præparatum est ab origine mundi. Esurivimus enim et dedit nobis manducare, sitivimus et dedit nobis potum, hospites fuimus et collegit nos. Nos, inquam, nos qui portavimus pondus diei et æstus, qui reliquimus omnia et secuti sumus Christum, qui vendidimus omnia, quæ habuimus, dantes ea pauperibus, secuti sumus Ihesum. Nos patrios fines, nos cara parentum abdicavimus pignora, nos dulcia liquimus arva; nos non adquiescentes carni et sanguini, sed quæ retro sunt obliviscentes, in ea quæ ante sunt nos extendentes, omnia propter Christum ut stercora arbitramur, quia Christo nobis vivere est et mori lucrum. Victum autem et vestitum habentes hoc contenti sumus; nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quin nec aliquid auferre poterimus. Nos igitur, quibus datum est nosse mysterium regni dei, huic nostro fideli patrono dulcique fidetenus advocato regnum dei perpeti precum instantia, devotionis intimæ perseverantia, caritatis assiduæ vigilantia,

misericordiæ gratia inopes jugi custodia, impetrare summa sollicitudine debemus. Nam sicut nos illius carnalia metamus, profecto spiritualia nostra continuata remuneratione eidem retribuere oportet. Noverint autem posteri successores nostri, hunc virum virtutum præsulemque illustrissimum, divina quidem illustratione fecundatum, nostræ religionis cælibatum primum omnium in Norwægia accersitum iri et suos thesauros spiritualibus dispersisse pauperibus. Ipse igitur et vexillo domini sui præ ceteris eminentior ad debellandas aerias potestates tenebrarum harum contra spiritualia neqvitiæ in coelestibus robustior advexit, et barbaris regi suo mentibus passim subactis trophea fidelis primatus et inmarcessibilem coronam gloriæ sibi lucrifacere non distulit. Triplicabitur itaque non immerito pro tanta sibi efficacia supernæ redditionis recompensatio; tum quod nequaquam parcens expensis istud bonum de transmarinis primus in Norvagiam adduxit limitibus, tum quod liberali perspicacitate summatim solidavit nec contempsit, tum qvia et alios ejusdem lucis concives habere minime omisit. Quicumque igitur tanto communicare bono coelitus meruerint, illi gratias, illi usuras solvere redibebunt, qui ut hanc facultatem reperirent, primus investigata et reperta copiosa probitate viriliter contutavit. Non enim ut plerisque moris semiviris insulsioribus spiritibus tumefactis bonum, quod intellectu sobrietatis specialiter incepit, pernicioso defectu semirutum deseruit: immo ardentissimæ voluntatis ambitu consummatæ bonitatis præstantiam salutifero mancipavit termino. Et quoniam bonus pater ad propagandam innumerabilium filiorum fecunditatem bonum initiavit exordium, ut salvationis omnium hoc in loco conversandorum sit ipse primatum tenens et particeps beneficiorum singulorum, debemus summæ devotionis studio et fundatoris memoriam nominati quotidiano celebrare officio et cooperatores ceteros locique hujus benefactores in fraternitatis nostræ communionem, quemadmodum condecentius qviverimus, suscipere. Idcirco dignum rite judicavimus, præscripto fundatoris vocabulo, subsequentium quoque benefactorum nomina derivatim exprimere, ut considerantes ex vocabulo eorum beneficia, quod nomina illorum in libro vitæ mereantur ascribi, precibus continuis imploremus. Fundatoris gloriæ inprimis ponendum vocabulum, ut sciant subsecuturi, quod meritis illius bonum istud ipsi etiam adipisci meruerint, quatenus in hoc gaudeant, quod nomina eorum scripta sunt in coelis: ubi cum Christo perveniant regnaturi in sæcula sæculorum. Amen.

IX.

COMMENTARIOLUS

DE COENOBIIS NORVEGIÆ.

I. Coenobium vallis lucidæ, ordinis Cisterciensis, fundatur a Sigvardo episcopo Bergensi, qui Angliam profectus conventum inde ex monasterio de Fontibus ab abbate ejus loci Henrico impetratum in Norvegiam secum transtulit eumque sub inspectione abbatis Ranulphi eo in loco, ubi coenobii illius reliquiæ adhuc hodie visuntur, constituit anno 1146 VI Idus Julii.

Abbates vallis lucidæ:

Ranulphus.
Reinaldus.
Thomas.
Gaufridus.
Joannes.
Reinaldus.
Stephanus.
Arno, anno 1316 ad generale concilium Cisterciense profectus.
Rodulphus.
Andreas, præfuit anno 1341.
Vilhelmus.
Petrus, præfuit anno 1365, ut patet ex litteris regis Haquini hoc anno scriptis.
Sigvarus.
Vilhelmus.
Adam.
Omundus, obiit 5 Kal. Decembris.
Joannes.
Richardus.

13. Johannes] var Abbed c. 1190, se DN. VIII, 4 (den i Brevet nævnte N. biskop maa være Njaal i Stavanger fra 1190).

16. Arno] se DN. IX, 95 (Barth. E.). 1316 er Skrivfeil for 1326.

18. Andreas] DN. II, 247 (fra Arne Magnussons Samling) fra Aar 1341.

20. Petrus] se DN. I, 386 (Barth. E.) fra Aar 1365.

26. Richardus] var Abbed 1276, 1280, 1283 (Lange, Klosterhistorie S. 350).

Joannes Dacus.
Thorias.
Alexander.
Matthias Danus ultimus.

II. Coenobium sanctimonialium B. Mariæ virginis Nunnesæ in Bergis.

Sanctimoniales in Nunneseth videntur hinc translatæ in Munckeliff.
Brynilda Katharina resignavit 1320, cui successit
Joronna Constantia, confirmata ab Andfindo episcopo Bergensi.
Ingeburga Cecilia ordinatur ab Andfindo episcopo Bergensi Anno 1326 4 Kal. Aprilis.

III. *Claustrum fratrum minorum Bergis.

IV. Coenobium S. Michaelis, Munckaliff, Bergis, ordinis S. Benedicti, fundatum est ab Olao Kyrrio. Huic coenobio singulares indulgentias contulit Bonifacius papa IX.

Ericus præfuit circa an. 1276, quemadmodum patet ex diplomate Magni regis Haquini filii.

Anno 1455 in die S. Egidii combustum est coenobium S. Michaelis. Ibidem episcopus Torlacus interfectus est cum 2 presbyteris et uno clerico et tribus militibus, videlicet Olao Nicolai et filio Nicolao Olavi et Petro Nicolai aliisque multis.

Jon Karson, præfuit circa annum 1500.

V. Backa coenobium monialium.
VI. *Renir monasterium.
VII. Coenobium sedis sanctæ, ordinis canonicorum regularium.
VIII. Holm, coenobium ordinis Cluniacensis.
IX. Coenobium Tutæ insulæ, ordinis Cisterciensis.
X. Coenobium paracleti de Haulsnö, ordinis s. Augustini.

Johannes, obiit anno 1307.
Ericus, præfuit circa annum 1319.

1. Joannes] var Abbed Aar 1288 (Munkelivs Brevbog S. 79).

3. Alexander] var Abbed i „Biskop Narves Tid“ (1278—1304), men døde før 1306, da Hugo var Abbed (DN. III, 62).

4. Matthias] Mathias Hanssøn var Abbed i 1536 og 37, blev senere Sogneprest til Os, † c. 1564 (Lange S. 357).

6. Munckeliff] se DN. II, 928 (fra Arne Magnussons Saml.).

7. Brynilda] DN. III, 119, I, 162 og 185, VII, 93 (Barth. E.).

12. Bonifacius IX] Aar 1399, se Munkelivs Brevbog S. 90, transscriberet i Barth. E. S. 26—27.

14. Ericus] se DN. II, 16 (Barth. E.).

21. Jon Karson] se Brev af 1ste Marts 1531 (DN. X, 628).

23. Renis] Skriv- eller Trykfeil for Reins.

27. Johannes] se DN. I, 118 (Barth. E.).

28. Ericus] se DN. VI, 72 (Barth. E).

Arnalder, citatus in jus anno 1328 super cathedratico ad multos annos non soluto ac super quibusdam aliis injuriis Bergensi civitati illatis.

Halvardar, successit Arnoldo anno 1338, electus ab episcopo Bergensi.

Nicolaus, præfuit anno 1493.

Olaus, præfuit anno 1515.

Amundus, ordinatus 1519 in præsentia episcopi Andori et Olai Torchilli archidiaconi. Primam ibi concionem habebat M. Gabelus.

XI. *Hovithø, ordinis Cisterciensis, diocesis Asloensis.

Locus est in Anglia, Kirkestad, inde conventus monachorum transmissus in Norvegiam et constructa abbatia hæc in Hovithø circa idem tempus, quo coenobii vallis lucidæ conventus ex coenobio de Fontibus in Anglia derivatus est.

Hic fuit abbas Anduenus.

Albertus, præfuit tempore Elavi archiepiscopi Nidrosiensis anno 1312.

Gordo, abbas anno 1305.

XII. *Hospitale de Varnu, dioecesis Asloensis.

XIII. Dresmer, diocesis Asloensis coenobium.

XIV. Coenobium Udstein, quod Halvardus prior ex lapide ædificavit, cum ante ligneum esset, mortuus anno 1508.

XV. Monasterium S. Albani de Selio, ordinis S. Benedicti dioecesis Bergensis.

Monachus ex coenobio D. Michaelis fit abbas Seloensis anno 1305 8. Idus Decembr., procurante abbate Munckelivico Enero, confirmatus ab Arnone episcopo Bergensi.

1. Arnalder] se DN. IV, 176, 177, 179—81 (Barth. E.).

3. Halvarder] se DN. I, 252 (Barth. E.). Halvardar er Skrivfeil for Halvarder.

14. Anduenus] se DN. IV, 125 (Barth. E). Anduenus er Skrivfeil for Auduenus, der var Abbed ved 1315 og 1318 (Lange Klosterhistorie S. 407). Pontoppidan (Annal. I, 368) og efter ham Lange (Klosterhist. S. 402) har i denne „Anduenus“ seet Klosterets første Abbed.

15. Albertus] se DN. IV, 95, 96, 125 (Barth. E.).

16. Gordo] se DN. I, 105 (Barth. E.). G. er Skrivfeil for Bardo.

18. Dresmer] Dragsmark = No. XVI.

19. Halvardus prior] var efter Edv. Edvardssøn (Norske Mag. II, 600) Prior i Prædikebrødrenes Kloster i Bergen, saaat vistnok Forf. her har forvexlet „Utstein“ med „Udbrødre“-Kloster.

22. D.] Skriv- eller Trykfeil for S. ɔ: Sancti.

24. Arnone] se DN. VII, 32 (Barth. E.).

Hemmingus, præfuit circa annum 1322.

Jonas, præfuit anno 1338.

Ormerus, ex coenobio S. Michaelis, confirmatus abbas ab Haquino episcopo Bergensi anno 1339 in festo S. Martini.

XVI. *Claustrum in Mariskog ordinis Præmonstratensis, dioecesis Asloensis.

XVII. *Coenobium fratrum prædicatorum Nidrosiæ.

XVIII. *Claustrum sanctimonialium in Asloia.

XIX. *Claustrum sanctimonialium in Gymbesey, diocesis Asloensis.

XX. Ecclesia ac hospitale sanctæ crucis in Fana.

Fundata sunt ab episcopo Bergensi, cujus nomen non additur, cui litteras protectorias contulit Gregorius papa IX. diplomate scripto Perusii Kalend. Augusti anno pontificatus ipsius secundo, id est secundum Onuphrii supputationem anno 1227.

Postea Nerua episcopus Bergensis per resignationem domini Hugonis rectoris hujus ecclesiæ ac hospitalis voluntariam ac spontaneam in manus episcopi eandem ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis habitis et habendis præter portionem ecclesiæ communi mensæ canonicorum servientium solummodo in præbendis capellæ regiæ duodecim apostolorum annexit et contulit anno 1303 4. Nonas Decembris.

XXI. *Claustrum prædicatorum in Asloia.

XXII. *Conventus prædicatorum Bergis.

XXIII. Conventus monasterii S. Johannis, ordinis S. Augustini.

Petrus, præfuit anno 1309.

Johannes, obiit anno 1339.

Gyrderus, electus ac confirmatus anno 1339 ab Haquino episcopo Bergensi.

XXIV. *Claustrum fratrum minorum in Kongella seu potius Konunghella.

XXV. Monasterium Præmonstratensis ordinis Tunsbergæ.

1. Hemmingus] se DN. III, 128, 130 (Barth. E.).

2. Jonas] se Munkelivs Brevbog S. 163, transscriberet i Barth. E. 417—18.

3. Ormerus] se DN. I, 259 (Barth. E.).

13. Onuphrius] ɔ: Epitome pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Paulum IVtum gestorum (Venet. 1557 og 1567), ved Onuphrius Panvinius (f. 1529 † 1568).

10. Fundata] se DN. II, 6 (Barth. E.).

14. Nerva] se DN. III, 58 (Barth. E.).

23. Petrus] se DN. II, 96 (Barth. E.).

24. Johannes] Feil; Gyrds Formand var Halvard, som resignerede 1338 (Lange S. 327).

25. Gyrderus] se DN. IV, 241 (Barth. E.).

27. Tunsbergæ] se Brev fra 1318 DN. VII, 82 (Barth. E.).

X.

SERIES REGUM.

1. Genealogia et series regum.

Ragnalldus dictus lodbroch.
Sigwardus rex orm y augha.
Aslaugh dicta regina.
Sigwardus rex hiorter.
Ragnillda regina.
Haraldus rex harfagre.

Ericus rex blod ðx.
Haquinus rex Adalstæins fostre.
Haralldus rex grafælldr filius Erici blodðx.
Olauus rex Trygga son coronatus propter predicationem.
Sanctus Olauus coronatus propter martirium.
Magnus rex filius beati Olaui regis.
Haralldus rex hardrade non coronatus, frater beati Olaui, pater duorum sequentium.
Magnus rex gode non coronatus.

[Cetera desunt].

2. * Reges Norwegie.

c. 1 Haralder harfaghre regnauit lxiii annis vel lxxiii quia vtrumque legitur quod x° anno etatis et xvii° incepit.
c. 7-8 Eriker blodheyx regnauit j anno
c. 10 Hakon Adalsteins fostre filius Haral regnauit xxvii annis
c. 13 postea filii Erici Haralder grafelder Sigurder slefa et alii simul parvo tempore forte xiiii annis vel xvii.
c. 14 Haquinus rike filius Sigurdi ducis, huius tempore in Dacia
c. 14-15 Haraldus Gromson primus christianus et in Suecia incepit regnare Olaus skotkonunger.
c. 19 Ericus }
c. 26 Sweno } duces filii Haquini }
et Haquinus filius Erici } xiii annis.
c. 19 Olaus Trygga son v annis.
c. 248 Sanctus Olaus xv annis.
c. 249-51. Sweno filius Kanuti iiii annis.
c. 252-70 Magnus filius sancti Olaui.
c. 270 Haraldus Sigurdason frater sancti Olaui interfectus in Anglia a Henrico filio regis Anglie a° lxiii vel 4°.
Olaus kyre et Magnus filii Haraldi hic Olaus fundauit ecclesiam
c. 271 Nidrosiensem primitus lapideam.
c. 273 Magnus barfòtr filius proximi Olaui Magnus est occisus in Ybernia.
c. 276 Sigurder Jorsalafari huius mater Thora.
c. 277 Magnus et Haralder gille filii Sigurdi.
Eistin Ingi Sigurder filii Haraldi.

Swerre filius naturalis Sigurdi
huius filius Haquinus
Magnus eius filius hic incepit ecclesiam sancti Olaui.

3. Catalogus regum Norvegiæ.

Haraldhr hin harfaghre var fyrstær æin valdzs konongr j Noreghæ ok redh firi Noreghe þria væter ok LXX vætra han atte XX^{a} svnw:

Ok æin af þeim hett Æiriker blodhøæx ok var firi N fim væter.

En þa kom Hakon Adalstæins fostre til ok redh firi Noreghæ sex væter ok XX^{a}. ok var høghder aa Sæme aa Væstfolldh.

En þa tok londh ok riki Harälder grafældher svn Eiriks blodøxí ok red firi Noregæ IX væter ok fæll j Lyma fyrdhi j Sælendi.

Þa tok Hakon Lada jarll londh ok riki ok red firi N XIII væter ok XX^{a}. ok høghder j Gauladalæ.

En þa tok Olafwer Tryggia svn ok [redh] firi N fim væter ok kristnadhæ fim londh ok fæll i sidra vaghæ.

Þa tok Eiriker [jarllsvn[1] svn Hakonar jarls ok redh firi Noreghi XII væter ok var honum skoræn vlfuær[2] j Ænglandhæ ok doo af þui.

In primis Haraldus comatus Sæm. 7
rex unicus tocius regnj Norwegie regnauit ac rexit regnum Sæm. 8
Norwegie LXXIII annis. ipse enim habuit XX filios.

quorum unus nominabatur Sæm. 11
Ericus blodheaxe, qui rexit Norwegiam V annis

Tunc Haco alumpnus Adul- Sæm. 14
stanj rexit Norwegiam XXVI annis qui eciam occisus est in Sæm. 17
Same super Westfold

Et ecce tunc accepit regnum Haraldus grofelder filius prefati Erici blodheaxe ac rexit Sæm. 18—19
Norwegiam IX annis. et decessit jn Limar fojerdh.

Tunc vero accepit Haco Ladher Sæm. 20—21
comes regnum, et rexit Norwegiam XXXIII annis. qui eciam occisus est apud Gauuledale,

Et accepit tunc Olauus Tur- Sæm. 23
gonis regnum, et rexit Norwegiam V annis. et ipse quinque patrias ad christianam deduxit Sæm. 25
religionem.

Et tunc accepit regnum Eri- Sæm. 26
cus comes filius Haconis comitis. et rexit Nor[wegiam] XII annis. qui incisus superioribus fau- Sæm. 27
cibus ob infirmitatem jn gutture habitam obiit apud Angliam.

[1] Var. Jarl. [2] Skrivfeil for vffver (Var. Drøbelen).

Sæm. 28—31 Efter þō toko Swæín ok Hakon la[n]dh ok riki æfter faudur sín ok redho firi Noreghi twa væter ok fludho sidhan or Noreghi firi Olafwe hinum hælgha.

et tunc ceperunt regnum Swein et Haco, et rexerunt Norwegiam duobus annis et postea aufugierunt a Norwegia propter Olauum sanctum.

Sæm. 32 En Olafuer hín hælghi red firi Noreghæ fímtan væter ok
Sæm. 34 fæll aa Stæighi.

qui Olauus sanctus rexit Norwegiam xv annis,

Sæm. 36 Efter han tok land ok riki Swæin Alfifw svn oh redh firi Noreghæ sex væter.

Post ipsum accepit Swein rex regnum, ac rexit Norwegiam vi annis

Sæm. 38 En þa tok Magnus hin godhe lond ok riki ok redh firi Norighæ xii væter.

Et tunc Magnus bonus accepit regnum, et rexit Norwegiam xii annis.

Sæm. 43—44 Efter han kom Haralder hín hardradhæ ok redh firi N. xx væter ok fæll aa Ænglandhæ.

et tunc Haraldus hardhrodher, id est duri consilij, accepit regnum, et rexit Norwegiam xx annis qui eciam occisus est jn Anglia.

Sæm. 45 Þa tok Olafuer kyrri lo[n]d ok riki æfter Haraldh fador sin ok redh firi N. vii væter ok xx^a^.

Tunc vero accepit regnum Olauus kirrot, et rexit postHaraldum patrem suum xxvii annis.

Sæm. 47—48 Þa tok Magnus konongr bærføttæ lo[n]d ok riki ok æfter fodur sin ok redh firi N. x væter ok atte fím svnw.

Tunc Magnus nudus pedes post patrem suum accepit regnum, et rexit Norwegiam xx annis. qui etiam quinque habuit filios.

Sæm. 50—55 Ok redho firi lande ok riki Øystæín ok Sigurdher fim væter.

et rexerunt Norwegiam Augustinus et Swardus v annis.

Sæm. 58 En þa atte Sigurder svn ok hett Magnus hin blindí en broder hans hett Haralder gillir ok redo firi N. sex væter.

Et tunc Swardus habuit filium nominatum Magnum cécum. eius frater nominatus est Haraldus gille qui rexit Norwegiam vi annis.

Sæm. 62 En þa atte Haralder svno þríía hett æin Øystæin Sigvrdhr
Sæm. 66 ok Inghi kroppær redo firi N. fím væter ok xx^a^.

et tunc Haraldus habuit tres filios. scilicet Augustinum Swardum et Inge kroff, qui rexit Norwegiam xv annis.

Sæm. 70—71 En þa tok Magnus ok rædh

Tunc accepit Magnus reg-

han firi N. III væter ok XX ok líggør j Kristcirkiu j Bærgwin.

Þa tok Swærrir ok redh firi rikino fím væter ok XX[a] ok leet gera VII borgh.

Þa tok londh ok riki Hakon svn hans æfter han ok redh firi Noreghi sein væter.

Þa tok æn Hakon lond ok riki ok redh twa væter.

Þa tok Magnus lond og riki j Noreghæ ok redh firi XVII væter.

Þa tok Eirikær konongr ok redh firir Noreghi XX væter.

En þa tok Hakon broder hans londh ok riki æfter han ok red firi Noreghi XX væter ok andazst aa Tunsbærghs husi.

En þa tok londh ok riki Magnus Eirikx son ok redh firi Noreghi sex væter ok fimtighi.

En þa tok Hakon swn hans lond ok riki æfter han ok redh firi Noreghi fim væter ok XX.

num et rexit Norwegiam XXIII annis.

Tunc Haco filius eius accepit regnum et rexit Norwegiam vno anno.

Tunc accepit Magnus regnum et rexit Norwegiam XVII annis.

Et tunc accepit Ericus regnum et rexit Norwegiam XX annis.

Tunc accepit Haco frater eius regnum, et rexit Norwegiam XX annis. qui vero obiit jn Tonsberij houß VIII jdus mensis Maij.

Tunc accepit Magnus regnum et rexit Norwegiam XXV annis uel LX.

Tunc accepit Haco filius eius regnum ac rexit Norwegiam et Daciam XXV annis.

1. Magnus] Rectum hoc, nam imperavit Magnus filius Erlingi inde ab anno 1161 usque ad 1184. Carmen, str. 70, habet „sjautián vetr i samt" i. e. 17 annos continuos, sed monuit jam doctissimus Dr. Sveinbiørn Egilsson (Scr. hist. Isl. Vol. X, p. 415) pro „i samt" legendum esse „ok sex" i. e. „et sex". M.

20. Tonsberij houß] „Disertis verbis affirmat hic auctor Catalogi, Haconem obiisse in arce *Tunsberghus*, id quod hactenus divinare poteramus ex — — Dipl. Norvegico (I) sub No. 156. Errant igitur, qui Haconem Asloiæ obiisse dicunt." M.

23. XXV vel LX] De senere Afskrifter af den norske Kongerække har det rette Tal 55 (1319—74).

27. XXV annis] a 1355 ad 1380 (M.)

En þa tok Olafwær swn han[s] æfter han rikit ok redh firi Noreghi IX væter ok dødhæ j Danmark.

En þa tok londh ok riki æfter han Eiriker swn hærtoksæns af Pomare ok systur dottor svn drotninghænne j Noreghæ ok redh han firi Noreghi *LII*

En þa þok Norige Kristoffer som hertoghe var j Beiarne oc palandzgrefne vpa Rin
oc redh fire Norrege VII vetter

En tha þok Kristiern
ok red for Norge XXXV
En tha tok Hanß

Tunc accepit Olauus filius eius regnum. et rexit Norwegiam VI annis.

Post ipsum Olauum accepit Ericus regnum, et rexit Norwegiam Daciam et Sweciam LIIII annis. usque in hodiernum diem

Et hec de regibus Norwegie.

3. VI annis] De senere Afskrifter af den norske Kongerække har det rette Tal 7 (1380—87).

8. LIIII] ɔ: 1389—1443.

XI.

SERIES ARCHIEPISCOPORUM.

Johannes primus Nidrosiensis archiepiscopus, sedit annis quinque, primus annus erat ab incarnatione domini MCLIIII.

Augustinus secundus archiepiscopus, ab anno domini MCLX, sedit XXVIII annis.

Ericus tertius archiepiscopus, sedit decem septem annis.

Thorias[1] 4tus, sedit annis octo.

Guttormus 5us, sedit annis IX.

Petrus, sedit annis tribus.

[1] Cd., ikke Thorirus Bs.

2. Johannes] fik Pallium af Kardinal Nikolaus i 1152 og døde i 1157 (Ann. regii, Munch c. 865). Naar her hans 1ste Aar regnes fra 1154, er det paa Grund af Oprettelsesbullen af 28de Nov. d. A. (DN. VIII, 1).

5. MCLX] Hvis Aarstallet er rigtigt, maa det betegne Eysteins Valg, thi han blev indviet i 1161 (Ann. regii, Hskr. 792) og regner selv 26de Nov. 1161 til sit „annus primus“ (se Indskriften i „Throndhjems Domkirke“ S. 18); † 26 Jan. 1188 (Sverressaga Cap. 107).

6. Ericus] blev valgt i 1188 (Sverressaga Cap. 108), kom tilbage til Norge Sommeren 1189 (ss. Cap. 111) efter at være indviet i Jan. s. A. (Munch d, 257); resignerede Vaar 1205 (Fnm. S. IX, 226) † 1213 (Ann. reg.).

7. Thorias] Thore blev valgt 1205 (Fnm. S. IX, 226), men indviet i Rom Februar 1206 (Dipl. N. VII, 5—6) † 8 Aug. 1214 (Munch d, 558).

8. Guttormus] valgt 1214 (Fnm. S. IX, 208), indviet 1215 (Ann. regii), døde 6 Febr. 1224 (Munch d, 666).

9. Petrus] valgt 1224 (Fnm. S. IX, 339), indviet 1225 (Ann. reg.) og kom til Norge om Høsten s. A. (Fnm. S. IX, 375), døde 9 Oct. 1226 (Fnm. S. IX, 412).

Thorias[1] 2us, septimus archiepiscopus, sedit annis tribus.
Siguardus annis xxii.
Serlo annis duobus.
Einarus annis ix.
Vacabat sedes duobus annis[2].
Haquinus annis duobus.
Johannes 2us, xiiius archiepiscopus, annis xv[3].
Jörundus[4] annis xx duobus.
Elauus annis xx tribus.
Paulus annis xii mense uno et xv diebus.
Arno annis tribus mense uno die uno.

[1] Cd., ikke Thorirus Bz. [2] Denne Sætning staar i Cd. efter Haquinus (ligesaa hos Høyer). [3] rettet efter Høyers Liste: 1271—86, altsaa 15 Aar. XVIII Cd. (feillæst for XVm). [4] Cd., ikke Jorundus Bz.

1. Thorias] indviet 1227 (Ann. reg.), kom til Norge Vaaren 1228 (Fnm. S. IX, 413) † 7 Apr. 1230 (Fnm. S. IX, 418).

2. Siguardus] valgt 1230 (Fnm. S. IX, 418), indviet 1231 (Ann. reg.), † 6 Marts 1252 (Fnm. S. X, 50).

3. Serlo] Sörle, valgt 1252 (ss. X, 50), indviet Febr. 1253 (DN. III, 3), † 1 Mai 1254 (Fnm. S. X, 58).

4. Einarus] valgt 1254 (ss. X, 58), indviet i Febr. eller Beg. af Marts 1255 (Munch e, 142), † 1263 (Fnm. S. X, 155).

5. vacabat &c.] ɔ: 1263—65.

6. Haquinus] valgt (postuleret) 1265 (Ann. reg.), blev beklædt med Pallium 4 Apr. 1267 (Ann. reg.), † 18 Aug. s. A. (Sturlungasaga II, 395).

7. Johannes] valgt 28 Oct. 1267 (Ann. reg.), indviet 1268 (ss.), † 21 Dec. 1282 (Ann. vetust.).

8. Jörundus] valgt 15 Febr. 1287 (DN. VIII, 14), beklædt med Pallium 10 Oct. 1288 (Bp.sögur I, 775), † 11 Apr. 1309 (DN. VIII, 34).

9. Elauus] Eiliv valgt Sommeren 1309 (DN. VII, 54), indviet 1311 (Anm. reg.), † 2 Nov. 1332 (Ann. reg.).

10. Paulus] valgt omtr. i Februar 1333, indviet i Dec. 1334 (Munch Unionsp. I, 146—48), † 1 Febr. 1346 (Ann. Isl.), altsaa er de 12 Aar 1 Maaned og 15 Dage regnede fra Indvielsen 15 Dec. 1333 (Keyser II, 244).

11. Arno] valgt Febr. eller Marts 1346, indviet i Sept. 1346 (DN. VI, 180), død i Okt. 1349 (DN. II, 305). Regjeringen maa

Olauus primus annis xx tribus.

Tronderus annis x[1] minus duobus mensibus duobus septimanis et tribus diebus.

Nicolaus rusare natione Dacus, sedit annis quinque.

Winaldus[2] natione Sueuus, xxus archiepiscopus, sedit annis xvii mensibus duobus.

Eschildus natione Gulbrandsdal, electus erat MCDII° in vigilia beati Thomæ. Suspiravit[3] vero anno MCDXXVIII° in profesto beati Gregorii papæ.

Aslacus bolt episcopus Bergensis, postulatus erat[4] in archiespiscopum eodem anno in crastino Gregorii et mortuus anno MCDL°.[5]

Qlaus 2us, xxiiius archiepiscopus, electus erat[4] anno domini MCDL[6]. Impedita erat electio annis [7]per duos Alemannos intrusos, quorum unus erat falsarius litterarum papæ et de ordine minorum[8], dictus Marcellus, alter de ordine prædicatorum doctor theologiæ egregius, dictus Henricus kaldizer. Hi duo compulsi quasi per consiliarios regni cum schandalo recesserunt: Marcellus postquam evasit carceres Coloniæ apud Sueciam submersus est. Kaldizer vero postquam rediit ad conventum suum in Confluentia apud Renum moerore mortuus et sepultus ante altare sancti Olaui, quod in eodem conventu fundaverat.

[1] rettet efter Munchs Formodning, at Xm er læst som XIII XIII Cd. [2] Cd., ikke Wiualdus Bz.. [3] Cd., ikke suspirat Bz. [4] Cd., ikke est Bz. [5] rettet. MCDLV Cd. (feillæst). [6] Aarstallet indsat efter Høyer; mangler i Cd., uden at der er sat aabent Rum som hos Bz. [7] aabent Rum i Cd. [8] rettet af Bz. numerorum Cd.

være regnet fra Indvielsen 16 Sept. 1346 til Arnes Død 17 Okt. 1349.

1. Olauus] valgt Høst 1349 (Ann. Flat.), indviet 3die Nov. 1350 (DN. I, 322—324), † 14de Aug. 1371 (DN. VI, 278).

2. Tronderus] udnævnt ved Provision 22de Oct. 1371 (DN. VI, 279) † 1381 (Ann. Flat.). Thronds Dødsdag vilde efter Listen falde paa 5 Aug. 1381 (Munch Unionsp. II, 133).

4. Nicolaus] udnævnt og indviet i 1382, † 1386 (Ann. Flat.).

5. Winaldus] var „Prest fra Linkøpings Bispedømme" (DN. VII, 265), udnævnt 1386 (Ann. Flat.). Da hans Eftermand vælges 20de Dec. 1402, maa Vinalde (som ogsaa Bjørn fra Skardsá's Annaler beretter) være død 1402, og XVII er derfor rimeligvis Skrivfeil for XVI eller XV.

Gauto XXIIIIus archiepiscopus sedit annis XXXVI, qui obiit circa[1] festum sancti Haluardi anno domini MDX.

Ericus Walkendorp XXVus archiepiscopus, sedit annis XII mensibus tribus et obiit Romæ quarto Calen. Decembris Anno MDXXII.

Olauus tertius, XXVIus archiepiscopus, sedit annis XIIII, consecratus est Romæ anno domini MDXXIII et venit Nidrosiam in die Petronillæ virginis. Anno domini MDXXXVII factus est exul. Et obiit anno domini MDXXXVIII Liræ in Brabantia die VII Februarii.

[1] indsat af Bz., mgl. i Cd

XII.

OBITUARIA.

1. Ex calendario codicis Tunsbergensis.

[1]Non. Maj. Ísto die obíít Thoron uxor Thoraldi.

[2]IV Idus Jun. Dedicacio ecclesie sancti Petri Tunsbergensis.
XVIII Kal. Jul. Dedicacio ecclesie ad Semsvel.

[3]VI Idus Jun. Obitus Johannis packe legiferii anno domini MDXXX q[uarto].
XVI Kal. Jul. Dedicacio [ecclesie] beate v[irginis] Tonsbergensis.
[28 Juni]. Anno domini MDXXXVI^to^ tha bran Tonsberg by met Kloster oc kirker Sancti Peders afften.

2. Ex calendario Bergensi.

[4]IV Non. Jan. Obiit Gregorius Andree.
XIX Kal. Febr. Obitus fru Ingibiargar Ellings dottor.
IV Non. Jul. Obitus Andres Biarna sonar.
Non. Jul. Artið herra Biarna j Biarkôy.
[5]VIII Kal. Nov. Obitus frv Gyriðar Andres dottor.

[1] med Haand fra c. 1330. [2] med Haand fra c. 1350. [3] med Lagmanden Peder Anderssøns (1534—59) Haand. [4] med Haand fra c. 1320. [5] samme Haand, senere tilføiet (c. 1325—30?).

2. Thoraldi] maaske den Thoralde Brandssøn, der var Lagmand etsteds i Viken Aar 1323 (DN. VII, 100) og blev Lagmand i Oslo 1328 (Munch Unionsp. I, 430) † 1331 (ss. I, 123).

4. Semsvel] ɔ: Sæm, nu Jarlsberg.

10. Gregorius] Herre til Stovrheim, Brodersøn af Fru Gyrid, † mellem 1309 og 1324 (Munch f, 286—87).

11. Ingibiorg] Datter af Erling af Thornberg († 1283), gift med Hr. Thore Haakonssøn, døde 1315 (Ann. Isl.).

12. Andres Bjarnason] Søn af Bjarne i Bjarkø, † før Vaar 1309 (Munch f, 621).

13. Bjarne i Bjarkø] Hr. Bjarne Erlingssøn † 1313 (Ann. Isl.).

14. Gyrid] Datter af Andres Gregoriussøn til Stovrheim, gift med Hr. Vidkunn Erlingssön (Munch f, 286), † 1323 (Ann. Isl.).

[1]Kal. Mai.	In festo Philippi et Jacobi obiit Euphemia regina Norwegie.
	Eodem die obiit dominus Vidkunnus Erlingi.
VIII Idus Mai.	Obíít Haquínus dulcissimus rex Norwegie quintus.
VII Idus Mai.	Obitus Magni regis Norvegie.
VII Kal. Sept.	Eodem die obiit Sueno Síguarði.

3. Ex calendario Tunsbergensi.

[2]III Idus Aug.	Artíd þoro Amundar dotter j Gautagarde.
[3]VI Idus Maii.	Obiit Oste i Danzen X° die mensis Maji anno 1548 5ta hora post meridiem.
V Kal. Jun.	Kiörmösse po Gierpen.

4. Ex calendario prædicatorum Osloensium

[2]IX Kal. Oct.	Obítus fru Mildridu a Klaufuastodum er ligger at predikara j Oslo innar j skrudhusum fir altareno.

[1] med Haand fra c. 1330—35. [2] Haand fra Sluten af 14de Aarh. [3] Haand fra c. 1550 (Præsten i Gjerpen?).

1. Euphemia] † 1312 (Ann. reg.).

3. Vidkunnus Erlingi] Hr. Vidkunn Erlingssøn af Bjarkø † 1302 (Ann. Isl.).

4. Haquinus rex quintus] † 1319.

5. Magnus rex] † 1280.

6. Sueno Siguarði] Ejer af Hvaal i Sogn, opfostret hos Fru Gyrid (DN. I, 207), var Fehirde i Kongsgaarden 1328 og 29 (DN. II, 165, 170), testamenterede $^1/_3$ af sit Gods til „sin Frænde" Erling Vidkunnssøn 1ste Jan. 1330 (DN. I, 207), † 1330 el. 1331 (DN. I, 220); kaldes ogsaa Svein Klerk (DN. IX, 100).

8. þoro] hendes Fader Amunder Gautason i Gautagarde testamenterede 1379 som barnløs Gautagaarden i Tønsberg til S. Laurenskirken (DN. VII, 302), † mellem 1391 (DN. I, 535) og 1398 (DN. VII, 329).

9. Danzen] Gaard i Skien, se DN. I, 862, II, 818 (sml. Munch e, 7).

13. Klaufuastadum] riml. Klaufuastader i Hedenstads Sogn, Sandsverv (DN. V, 386).

5. Ex calendario Hamarensi.

[1]VI Non. Maji.	Obitus Thorstani episcopi.
[2]Kal. Jun.	Obitus siræ Andres a Stangum VIII oc XX a[re] rikis Mag[nus konongs].
[3]*VII Idus Jan.*	***Obitus herra Gudthorms biskups.***
[4]XIII Kal. Jun.	1556 bleff slottiit bigt ij Flecherøen oc vard brut anno 1561.
XI Kal. Jun.	1535 stod thet slog for Aassens.
XII Kal. Oct.	Rett laugting paa Nedenis.

[1] med den oprindelige Haand. [2] og [3] Tilføielser med forskjellige Hænder fra c. 1350. [4] med Haand fra c. 1560–65.

2. Thorstani] sml. Ann. reg. 1305: O(biit) Þorsteinn biskup í Hamri.

3. VIII og XX are] ɔ: 1ste Juni 1347. Sira Andres (Bjørnsson) paa Stange nævnes mellem 1334 og 1346 (DN. II, 274, III, 177, 231, 239, 241).

5. Gudthorm] Guthorm Paalssøn, Biskop i Stavanger, † i Pesten (Ann. Isl.), altsaa 7de Jan. 1350.

7. for Aassens] ɔ: Slaget ved Øxnebjerg.

TILLÆG.

I.

Stephanii Noter,

nedtegnede i Randen af hans egen Afskrift af Theodericus, optagne i BCKirchmanns Udgave.

vxor ſua iux^a locū agnaſit q̀ nc̄ ſtokholm | d^s ꝑpis maıbꝫ ıtfecit ſuſpēdēdo ad orborē cū cathena au- rea C⁹ fili⁹ ingialdir ı ſwecia a frē ſuo ob ıfamiā vxoꝝ | ē occiſ⁹ q bera dicta ē hoc nō lat̀ ſonat poſt hūc fili⁹ ei⁹ jorundir q̀ dū danos debellaſſꝫ ſuſpēſ⁹ ē ı loco oddaſund in | ſinu qdā dacie ꝗ limofiordh ıdigne appellāt male vitā fi- | niu^t jſte gen̄ haqn q̀ lōgo vetuſtat^s ſenio ıx āṇis an̄ obitū | ſṇu denſe vſū alimonie p⁹pons lac t^m de cornu vt ıfans | fugiſſe ft^r, aukun v^o gen^t eghil ꝯnomto vendilcco ꝗ ꝑp⁹ | ſꝫu⁹ no^e tonne reg^o p̀uauit, Et cū dn̄o pediſſeq⁹ vííí Ciuilia ı bella ꝯmiſit ı oıb⁹ victo^a potit⁹ ı ıx tādē deuict⁹ occubu^t | ꝫ paulo p⁹ ipm̄ regē t^vculēt⁹ thaurus ꝯfodiēs t^vcidau^t, Cui | ſucceſſit ı reg^m fili⁹ ſu⁹ othar⁹ q̀ à ſuo Eq̀uoco otharo da- | noꝝ comite ꝫ frē e⁹ faſta ꝑuiciaꝝ danie ſilꝫ venali ıt^r- | empt⁹ ē Eius fili⁹ adhils uł adhiſl an̄ edē dyane dū ydo- | loꝝ ſac̀ficia fugat eq^o lapſ⁹ exſpirau^t, h̀ g^t Eyſten ꝗ gou- | tonēs ı domo q^adā obſt^vſū cu ſuis ıcēdert viuū, h⁹ fili⁹ | ingwar q̀ kanut⁹ ꝯnot⁹ ē ı expedicoe occiſ⁹ ē ı qdā ıſu- | la baltici maꝝ q ab ıdigenis øſyliæ vot^s, Jſte g^t bræto mūd | ꝗ ſigward⁹ fr̄ ſu⁹ occidit ı nærıcia qd loci vocabłm ıtp^rtat^s | celicamp⁹, Poſt iſtū fili⁹ ſu⁹ ıgiældir ı regē ſblima^s. q̀ | wlt modum yuaꝝ ꝯnomto vithſadhin regē tūc tp̄is mł- tis fordabilē ſeȷp̄m cū oı comitatu ſuo Cenacło ıcluſ⁹ | igne c^emauit Eius fili⁹ olaus ꝯnomto trætælghiæ | diu ꝫ pacifice fungt⁹ reg^o plen⁹ dieꝝ obiit ı ſwec^a Olau⁹ | g^t haldanū ꝯnoıē huitben ꝗ de ſwec^a veıentem norue- | genſes ı mōtanis ^s regē ꝯſtituūt h̀ ꝑuectus etate ın | ꝑuicia thothne reddidit ſpm Olau⁹ itaꝗ trætælghiæ r̀x ſwec^e g^t haldā vithben de q̀ rges norueg^e orti ſt.

3. INge ſwerikis konūgr̄ ſō enſambr̄ rædh førſt | allo ſweike ſwa ſū mæn ſæghia aff hā fik en ſon | ſom hæt neork ſidhā fik

han en ſon ſō hæt frodhe ok | the hadhe. hedhradhus ſwa. ſom gudhar aff allō thm̄ | ſō aff thøm badhū ffōdos ſidhā. fik frodhe en ſon ſō hæt | fiolnj oc hā war drænktir ij eno mødha kari oc hā atte. | en ſon æptʳ fik ſō hæt ſwærkȓ hā. war ſwa ſtarkȓ at | hā ſlo hand ſina oppa ena hæl oc hon faſtnadhe thȓ. | — —
— — — — — — — — — — — aldrik, thȓ atʳ op w. ſwa ſō |
— — — — — — — — — — — — — — hæt | walande oc honᵐ |
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

ſlo han al dødha mʒ eno bezle, ſidhā atte alrik en ſon ſō hæt | ingemar, oc hās eghī hufſfru drap hā j enō ſtadh ſō agnaſit | kalla ſō nw kallas ſtokholm oc thȓ hængde hō hā op. vidh |. eth træ mʒ enne ffōrgylto boio oc hā atte en ſon ſō hæth | ingiældȓ. oc wardh dræpi om ſidhe tho aff ſinō eghnum | bdhȓ foȓ ofræghe hās konu oc hon hæt bera, Sidhā war | æpt hā iqrudir. hās ſon oc tha hā haffdhe ſtriith widhȓ | daſka mæn oc thm̄ wmſtrit, tha wardh hā ophægdir | j en ſtadh ſō hæt oddaſwnd widh danmark ſō ifødde mæ | kalla limafiordh oc hā atte en ſon æptʳ ſik ſō hæt haqn | oc wardh ſwa gamal at nio aar for æn hā doo, tha didhæ | hā hornſpina ſwa ſō eth barn, Sidhan atte hā en ſon ſom | hæt æghil wændilkrake, oc hās eghī ſwen ſō het tōne | tok honᵐ rikit fra, oc attaᵛⁱⁱʲ ſtridhe tha haffdhe tonne | mʒ honᵐ oc alla wan hā thm̄ oc nionda ſinne tha the | ſtriddo tha wardh hā jhælſlaghī oc litit thȓ æptʳ tha | wardh ſiælffuȓ konūgi j hæl ſtangadhȓ aff enō thiure, | Sidhan kō æptʳ hā otar hās ſon oc war j ſlaghī aff enō | hra aff danmark ſō hæt otar oc hās bohȓ faſta, hās ſon | ſō hæt adhils tha hā redh bort fraan ſinna gudha høgh | tidh tha fiøl

hā aff helte ſinō foř eens affgvdz huſe ſom | hæt dyana oc thř doo hā ha atte — — — — — — — — — — — — — — — |
æpt ſik oc hā — — — — — — — — — — — — — — — — —

4. huiꝰ fiꝰ dygnir ò ibiq̃ pꝰ hūc daghir eiꝰ fiꝰ hūc intfecerūt dani in bello | poſt dagherū alarik fiꝰ eiꝰ hūc fř ꝓpūs cū freno ꝑcuſſit ad mortē, deiñ jngemar fiꝰ al[arici] | hūc ꝓpā vxor intfecit ſtocholm ipmq̃ in arboř cū cathe deaurata suſpend, pꝰ hūc filiꝰ | eiꝰ jngielder hūc intfecit fř ꝓp infamiā vxoꝝ deinde jorunder fiꝰ eꝰ hic pugnāt ꝯtra | dacos z victo potitꝰ ſuſpenſꝰ ē in oddaſund qd dª limafiordh ſelendie poſt haqnꝰ fiꝰ eꝰ. | mtm ſenuit ꝗ ſuxit mamillā corneā ɪx ānis an mortē Poſt hūc egill wendilkraka | hūc ꝓpus famulus depſſit de regno z octo bella ꝗ eū lucratus ē in nono famls dcūs tonne intficitª. Poſt hūc okar fiꝰ eiꝰ intficiª a qdā dño de dacia cuiꝰ fř deſponſa filiā eꝰ qui [cecedit] | de equo iux teplū dyane z mortuꝰ ē deiñ ōſten eiꝰ fiꝰ ꝗ gothi ꝯbuſſerūt huiꝰ fiꝰ ing[uar] | qui z knwtir dcūs ē intſtus ē iux beltefūd in bello: hꝰ fiꝰ brentomūdir ꝗ fř ſuꝰ int[fecit] | nericia, hinc fiꝰ eiꝰ ingieldir hic ſe p tioř ywari reg horribiľ cū ſuis ꝯbuſſit, poſt h[ūc] | fiꝰ eiꝰ oſauꝰ trætælghia hic diu z pacifice vixit pꝰ hūc fiꝰ eiꝰ halden hwitbeen hūc [norici] | in regē acceꝑūt ſtusq̃ ē ſenex ex i ꝓpagati ſūt reges norwegie.

III.

A. Fra BREVIARIUM NIDROSIENSE.

In natalicio sancti olaui regis et martyris

ad primas vesperas 28 Juli.

antiphona. SAncte martyr domini olaue pro nobis quesumus apud deum intercede: vt concedat nobis delictorum veniam et vite eterne largiatur premia.

psalmus. Laudate pueri.

antiphona. Sancte martyr olaue tua deo placita prece nos semper et vbique protege.

psalmus. Laudate dominum.

antiphona. Sancte martyr olaue te humiliter deprecamur: vt a peccatorum nostrorum colluuionibus, tuis sacris nos expurges orationibus.

psalmus. Lauda anima mea dominum.

antiphona. Sancte olaue martyr domini preciose adesto nostris precibus pius et propicius.

psalmus. Laudate dominum omnes.

antiphona. O beate pater olaue pium dominum iesum pro impietatibus nostris deposce.

psalmus. Lauda hierusalem.

Capitulum vnius martyris non episcopi. aa. v[1].

Responsorium. O quantus fidei feruor inuictissimi martyris pectus accenderat qui in medio gentium efferarum constitutus. Non cessabat tamen salutis verbum cunctis predicare.

versiculus. Multos habebat aduersarios qui vias domini rectas conabantur euertere. Non cessa.

[1] Disse Bogstaver og Tal henviser til Bladene i Breviariet.

Hymnus. REx olauus gloriosus
sanctus martyr domini:
agonista preciosus
dat honorem[1] numini:
spe constanti copiosus
offertur certamini.

Lumen vite dat paganis
sulcat agros cordium:
seminatur vite panis
in sulcis gentilium:
exstirpatis cunctis vanis
spes[2] crescit fidelium.

Omne malum aquilonis
aufertur de medio:
gentem dure regionis
mollit predicatio:
trinum laudat in personis
gentilis confessio.

Christi fidem confitentes
in fonte baptismatis:
late credunt christo gentes
dono sancti pneumatis:
quos confortat rex credentes
nouitate dogmatis.

Tu confirmes spem tuorum
fidei constantia:
[vim feramus[3] tormentorum
pari patientia:
[vt speremus[4] angelorum
sempiterna[5] gaudia.

Sit laus honor [patri deo[6]
dilectoque filio:
sancto flamini cum eo
et[7] eius imperio:

[1] virtutem Linc. [2] lux Linc. [3] expectemus Linc. [4] suspiremus Linc. [5] ad eterna Linc. [6] deo patri Linc. [7] ex Linc.

super martyris trepheo
letetur hec concio. Amen.

versiculus. Gloria et honore.

antiphona. Adest dies leticie
laudis adest materia
resultet vox ecclesie
pulset hymnis celestia:
martyr insignis hodie
palme ferens insignia:
feliciter ex acie
traductus in palacia:
per coronam victorie
vera migrans ad gaudia
stolam suscepit glorie:
olauus regum gloria.

psalmus. Magnificat.

Oratio. DEus qui es regum omnium corona et martyrum victoria: annue nos beati olaui regis et martyris pia apud te experiri patrocinia: vt per tuam quam in eius glorificamus passione magnificentiam coronam vite diligentibus te percipiamus repromissam. per dominum.

Inuitatorium. Magnus dominus et laudabilis valde. Qui regis olaui industria in lateribus aquilonis fundauit ciuitatem suam.

psalmus. Venite.

Aliud inuitatorium per annum. Regis mirifici olaui ad gloriam laude multiplici peragamus memoriam.

Hymnus. TArdi quidem ad credendum
noua iura fidei:
christum negant confitendum
[suntque corde saxei:
sic[1] conspirant ad perdendum
plantatorem[2] fidei.

Multitudo adunatur
et[3] bellum indicitur[4]:
iniquitas dominatur
in regem erigitur:

[1] qui cordis lapidei sunt Linc. [2] plantorem Linc. [3] ad Linc. [4] adijcitur Linc.

leo fortis victimatur[1]
et iustus conteritur.

Christiani [mox ceduntur[2]
rex truncatur gladio:
quorum anime creduntur
clariores radio:
sede sacra disponuntur
victores in stadio.

Cecus lapsus casu bono
aqua tangit pupillam:
visum capit aque dono
visus perdit maculam:
christum laudat dulci sono
lucis videns faculam.

Lingua cuidam amputatur:
et mutus efficitur:
opem [sancti deprecatur[3]
martyr prece flectitur:
vsus lingue reformatur
adolescens loquitur.

Sacerdotis detruncati
membris truncus vehitur:
[regis aram[4] ad beati
[et ibidem[5] ponitur:
restauratur sanitati
et sospes regreditur.

Sit laus honor patri deo dilecto [= p. 230[31]].

In j. nocturno

29 Juli. *antiphona.* Regnante illustrissimo rege olauo apud noruegiam: venerunt illic precones verbi dei.

psalmus. Beatus vir.

antiphona. Rex autem ille licet gentilis natura benignus erat:

[1] decollatur Linc. [2] morceduntur Linc. [3] martyris precatur Linc. [4] locum regis Linc. [5] truncus ibi Linc.

et ad honesta queque sequenda quadam mentis ingenuitate promptissimus.

psalmus. Quare fratrem.

antiphona. Hic euangelice veritatis sinceritate comperta: ad baptismi gratiam deuota alacritate conuolauit.

psalmus. Domine quid.

vers. Gloria et honore.

Lectio j. Gloriosus rex olauus euangelice veritatis sinceritate in anglia comperta: fidem admisit toto pectore: et ad baptismi gratiam in vrbe rothomago deuota animi alacritate conuolauit. Purificatus igitur lauachro salutari: repente mutatus est in alium virum in anteriora se extendens: et nouo rerum ordine rex apostoli vicem gerens: ipse dux verbi christi gratiam passim omnibus predicabat. Plurimum profecit in breui: et innumerabilem domino multitudinem acquisiuit.

Resp. In regali fastigio constitutus spiritu pauper erat rex olauus. Ac licet regni negocijs implicatus: mentis deuote libera contemplatione meditabatur celestia.

vers. Sordebat ei omnis vana spes et terreni regni gloria ac voluptas vilescebat. Ac licet.

lectio ij. Confluebant ad baptisma certatim populi: et numerus credentium augebatur indies: effringebantur statue: succindebantur luci: euertebantur delubra ordinabantur sacerdotes: fabricabantur ecclesie: offerebant donaria populi cum deuotione et alacritate: erubescebant idolorum cultores confundebantur qui confisi erant in sculptili: et in multis regionis illius partibus infidelium depressa multitudine: mutire non audens omnis iniquitas opilabat os suum.

Resp. O quantus fidei feruor. *vt supra ad vesperas* [ɔ: p. 229[22]].

lectio iij. Non cessabat autem indefessus euangelij predicator nunc obstinatos euincere: nunc instruere rudes: nunc in fide teneres confortare. Nichil regij fastus, nichil tyrannidis in suos exercebat subditos: immo omnibus exempla prebebat magne humilitatis et mansuetudinis. In futuro etenim prouincijs quibus preerat prouidens: ne nobiliores quique et potentiores per potentiam humiliores opprimerent: leges diuinas et humanas multa plenas sapientia et mira compositas discretione scripsit et promulgauit.

Resp. Iustus vero vt leo confidens absque terrore erat et iuxta

exemplum sancti iob. Non expauescebat ad multitudinem nimiam: nec despectio propinquorum terrebat eum.

vers. Offerebat se sponte periculis: martyrium suscipere non recusans. Non.

In ij. nocturno

ant. Purificatus igitur lauacro salutari repente mutatus est in alium virum.

ps. Cum inuocatione.

ant. Consepultus christo per baptismum in mortem: in nouitate vite religionis quam susceperat perfectissimus obseruator ambulabat.

ps. Verba mea.

ant. Cauebat vehementer quicquid fieri lex vetat diuina quicquid autem precipit ardentissimo complectabatur affectu.

ps. Domine dominus noster.

vers. Posuisti domine super.

lectio iiij. IN dictis namque legibus suum cuique conditioni ius assignauit. In illis etiam quantum liceret prelatis: in subditos et quantam subiecti reuerentiam erga prelatos exhiberent: rectis limitibus discreuit. Ibi modestissimus et equissimus arbiter: sapienter considerans plerumque reges potestate sibi concessa superbe abuti in subditos: legum rigore regalem coercuit: et refrenauit licentiam. In illis legibus claret quam deuotus erga deum: quam benignus erga proximum rex gloriosus extiterit.

Resp. Itaque deuotissime perficiens officium euangeliste: indutus lorica fidei et galea salutis. Circuibat ciuitates vicos et villas: salutarem doctrinam vbique disseminans.

vers. Iesu bone quantos labores sustinuit antequam populum incredulum conuertere posset. Cir.

lectio v. Explicari minime vero potest quanta beneficia beatus martyr populis contulit: quantum profuit dum prefuit. Sed vite contraria perpessus est: tribulationes multas et malas a quibusdam: donec illorum multitudini resistere non valens secessit in tusciam: donec voluntati ac proposito tempus idoneum dominus conferre dignaretur. Ubi a gerzellauo eiusdem prouincie rege magnifico gloriose susceptus est: amplissimo quoque honore quamdiu ibi moram egit habitus est. Ubi non paruo tempore demo-

ratus, honestam vite formam etiam sue religionis celebre monimentum incolis reliquit.

Resp. Confluebant ad baptisma certatim populi: et in multis noruegie partibus. Propter fidelium multitudinem omnis iniquitas opilabat os suum.

vers. Confusi erant confidentes in sculptili: et numerus credentium augebatur indies. Propter fidelium.

Lectio vj. Denique decoctus igne persecutionis: diuino inspiratus instinctu: per suecie fines ad propria remeauit. Indutus igitur lorica fidei: et armatus galea salutis: obijciebat se sponte periculis: martyrium si deo placuisset suscipere non recusans. Quo comperto veritatis hostes conuocauerunt consilium iniquitatis: et conuenerunt in vnum aduersus dominum et aduersus christum eius: erat namque eius doctrina operibus eorum valde contraria.

Resp. Florebat fides et vbertim germinabat verbi dei noua plantatio. Fabricandis ecclesijs offerebant dona populi deuoti et alacres.

vers. Exultabat rex plusquam credi potest iam laboris sui suauissimos fructus pregustans. Fa.

In iij. nocturno

ant. Nec propria salute contentus populos quibus preerat ad fidem conuertere vigilanti nitebatur instantia.

ps. In domino confido. *a. iii.*

ant. Nouo rerum ordine rex apostoli vicem gerens: ipse dux verbi christi gratiam passim omnibus predicabat.

ps. Domine quis habitabit. *a. iiij.*

ant. Predicationis gratia que diffusa erat in labijs eius: plurimos a demonum nephandis cultibus ad veri dei cultum reuocabat.

ps. Domine in virtute. *a. vj.*

vers. Magna est glo.

Lectio vij. Secundum Lucam ix. IN illo tempore. Dicebat iesus ad omnes. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum et tollat crucem suam quodie et sequatur me. Et reliqua.

In odium igitur fidei et beati martyris quidam aduersarij eius cuiusdam chanuti muneribus corrupti: quidam vero malicie sue instinctu. nouam religionem paternis scilicet legibus contrariam recusantes: exercitu ordinato: bello regem excipiunt: verum illustrissimus martyr totus suspensus in celestia: pro fide et iusticia pugnaturus exercitu quantum in breui potuit collecto obuiat inimicis: ibidem filiciter occumbens quarto kalendas augusti feria

quarta. millesimo vicesimo octaue anno ab incarnatione domini: de castris ad regni regis palacia: de bello migrauit ad pacem: que exuperat omnem sensum.

Resp. Deuenerat martyr christi in locum vbi corpus eius sanctissimum modo requiescit. huius loci incole obstinati in malicia: Ueritatis hostes erant inexorabiles.

vers. Hi ergo collecto exercitu conuenerunt in vnum aduersus dominum, et aduersus christum eius. Ueritatis hostes erant.

Lectio viij. Nocte vero precedente diem qua martyr inclitus passus est apparuit illi dominus iesus verbis consolatorijs demulcens illum dicens. Accede inquit ad me dilecte mi vt laborum tuorum fructus dulcissimos carpas in sempiterna leticia: nostro fruens consortio. Qua visione admodum confortatus passioni se letus obtulit: iam diuinitus scalam sperans quam in somnis nuper ad celos erectam viderat: per quam ad dulcedinem quam gustauerat feliciter erat ascensurus.

Resp. Egregius martyr olauus nocte precedente diem sue passionis: splendore amictum contemplatur iesum astantem sibi ac dicentem. Ueni chare meus: tempus est vt laborum tuorum dulcissimos percipias fructus.

vers. In admiratione aspectus illius attonitus: celeste percepit oraculum. Ueni chare meus.

Lectio ix. Euoluto itaque passionis illius tempore: cum corpus eius regales lauissent ministri: proiecta est ante ostium aqua mixta sanguine: qui de vulneribus beati martyris fluxerat. Transiens itaque ante ostium quidam cecus casu prolapsus ad locum: qui adhuc aqua infecta sanguine madebat: cumque digitos madefactos eadem aqua ad oculos suos reduxisset: illico detersa caligine lumen pristinum recepit. Qui certius explorans miraculum: se per beati martyris olaui meritum visum recepisse cognoscit: vnde cum ipso omnes audientes miraculum diuinam pietatem et martyris meritum dignis extulere preconijs.

Resp. Rex inclytus olauus martyr domini preciosus. claritate confortatus diuine visionis exultans accessit ad locum passionis. Et per effusionem sanguinis peruenit ad palmam eterne iocunditatis.

vers. Felici commertio pro celesti regnum commutans terrenum: regem rex videt in decore suo: et in salutari regis magna gloria regis. Et per effusionem.

ps. Te deum.

vers. Corona aurea.

Ad laudes.

ant. POst mortem martyris aqua mixta sanguine: qui de vulneribus fluxerat lauans cecus oculos lumen recepit.

ant. Implorata ope martyris dux guttormus: cum parua manu ingentem fudit exercitum.

ant. Ad sepulchrum sancti pernoctans enormiter contracta mulier integre reddita sanitati: leto vultu et alacri animo ad propria remeauit.

ant. Adolescens qui lingua precisa loquendi officium amiserat: ad sepulchrum martyris veniens, recepto lingue vsu, recessit cum gaudio.

ant. Quidam sacerdos truncatis membris exanimis, implorauit opem gloriosi martyris moxque sanctus in somnis ei apparuit: et subito plene sospitati restituit.

Capitulum vnius martyris.

hymnus. GRecus cesar constitutus
in arto certamine,
poscit opem sancti tutus
non tardo laudamine:
barbarorum sic adiutus
victor redit agmine.

Ergo christum imploremus
opem ferre miseris,
vt tyrannum superemus:
et ministrum sceleris,
et in celis conregnemus,
reducti ab inferis.

Sit laus honor: patri deo. [= p. 230[31]].

vers. Letabitur iustus.

ant. Imperator grecus oppressus in prelio et attritus ab exercitu barbarorum deposcit opem martyris gloriosi cum repente sanctus christianis apparet atque illos precedens insignis signifer, hostilem profudit exercitum.

ps. Benedictus.

Oratio. Deus qui es regum. [= p. 231[17]].

Ad horas diurnales antiphone de laudibus capitula vnius martyris non pontificis.

Ad secundas vesperas antiphone de laudibus:

psalmi. Dixit dominus.
Confitebor.
Beatus vir.
Laudate pueri dominum.
Laudate dominum omnes gentes.

Capitulum. **Beatus vir qui suffert.** *aa. v.*
Resp. Rex inclitus. [= p. 236[33]].
hymnus. **Rex olauus gloriosus.** [= p 230[1]].
vers. **Gloria et honore.**
ant. **Hodie preciosus martyr olauus ab inimicis veritatis occisus: pro iusticia de castris victor ad aulam regis eterni de bello migrauit ad pacem: que exuperat omnem sensum.**
psalmus. Magnificat.
Oratio ut supra. [= p. 231[17]].
Synodaliter statutum est quod in dominica infra octauas beati olaui in qua noua hystoria deberet inchoari scilicet In principio *beato olauo plenum officium cum ix. lectionibus tribuatur: sed historia predicta imponitur in vigilia olaui cum homilia dominicali. Festo beati petri excepto: omnia vt in die sancto peragantur cum lectionibus et antiphonis in notatis.*

30 Juli.

Secunda die ad matutinas.

Innuitatorium. Magnus dominus. [= p. 231[22]].
Hymnus. Deus tuorum militum. *aa. v.*
vers. Gloria et honore.
Lectio prima. OPere precium est de multis miraculis: que ad commendanda merita gloriosi martyris olaui dominus operari dignatus est pauca perstringere: quatinus in laudem: et reuerentiam diuine pietatis audientium excitentur animi: et quantam gratiam et gloriam dominus sancto suo dederit fidelibus innotescat. Erat in hybernia dux quidam guttornius nomine natione noricus nepos beati martyris vir genere preclarus et armis potens. Hic cum rege margodo federatus et quadam familiari societate coniuratus erat.
Resp. In regali. vt heri [= p. 233[16]].

Lectio ij. Contigit autem vt ambo in expedionem cum innumerosa classe profecti: et inde multis opibus et nauibus copiosis locupletati reuerteretur. Quadam ergo die cum spolia inter se diuisuri conuenissent: videns rex prefatus predam innumerabilem amore cupiditatis excecatus est: et mutue societatis et alterni sacramenti contemptor proponit duci vt eligat vnum quod vellet e duobus: aut michi inquit omnia relinque: cum nauibus spolia: aut a me bellum tibi illatum sustinebis. Inter has positus dux guttornius angustias: quo se verteret nesciebat. Relinquere predam nauibus: turpe sibi et indecorum nimis videbatur: bellum autem suscipere periculosum admodum erat. Erat enim inter exercitus grandis distantia: nam rex predictus quindecim naues habuisse dicitur: dux vero tantum quinque. Dux itaque anxius, biduanas petijt inducias si forte tyrannum a nequitia excogitata possit deflectere: nam eodem die erat vigilia beati martyris olaui.

Resp. O quantus. [= p. 229[23]].

Lectio iij. Postquam vero animum barbari nullis potuit precibus emollire: elegit honeste potius mori quam cum dedecore tanto et infamia sui generis spolia sua cum nauibus relinquere tyranno: quia tamen humanum deerat: diuinum implorat auxilium, et beatum martyrem olauum: vt sibi succurrat deuote precatur et crucem argenteam promisit se facturum in ecclesia martyris. Quid multa? Ordinato exercitu inimicis occurrit agminibus: et fortissime dimicans ope christi et gloriosissimi martyris interuentu, totam barbarorum multitudinem prosternit. Inopinata ergo potitus victoria: crucem fecit argenteam mire magnitudinis: longe humani corporis modum excedentem: et posuit eam in ecclesia beati martyris ad corpus eius in diuini triumphi: et inopinate victorie quam per merita eius obtinuerat monimentum.

Resp. Iustus. [= p. 233[39]].

Ad laudes vt in die sancto.

antiphona super Benedictus. Egregie dei martyr rex olaue quanto laudum preconio extollendus es: qui presentia sanctissimi tui corporis ostendis quantum valeas in celis nam egris sospitas redditur: priuatus lingua loquitur: pluraque beneficia meritorum declarantur.

Oratio. OMnipotens sempiterne deus: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt sicut beatus olauus tua prouidentia rex in terris extitit catholicus: ita apud tuam in celis misericordiam pro nobis intercessor sit ipse perpetuus.

De martyribus antiphona. O veneranda martyrum. *bb. ij.*

vers. Exultabunt sancti.

Hore diurnales vt in die sancto sine precibus. Sequentes antiphone diuidantur ad benedictus per octauas.

ant. Uisitauit nos dominus per viscera misericordie sue: et dedit nobis scientiam salutis per os sancti martyris olaui: benedictus dominus deus israel.

ant. Sit semper summa laus deo patri: per quem triumphanti sancti quique ordines angelicos victorioso hodie cumulauit colono: et mortales glorioso fouit patrono cuius nunc membra felix amplectitur noruegia: animam habet celestis regia in qua cum christo nunc regnat: pro nobis precamur semper intercedat.

ant. Magni patris olaui quem prauorum seuitia martyrizauit: et christi pietas nobiliter decorauit solennia celebremus: vt eius obtentu diuina protectio nobis semper hic et vbique adesse dignetur.

ant. Inclita martyrij recolentes iure trophea:
laudes christe tibi pangimus assidui:
qui pietate tui festum solenne dedisti:
olaui meritis martyris egregij:
qui proprij pro te perfusus sanguinis vnda:
fulget in angelica perspicuus patria.

ant. Letabunda dies anno currente reluxit:
Gaudia festiua solennia leta reduxit:
dum domini seruus olauus ad astra vocatur:
ad superas sedes mundi de valle leuatur.

ant. O martyr olaue preces tuorum attende: et de tua gloria iam securus pro nostra omniumque interueni salute.

Ad vesperas.

ant. Post mortem martyris. [= p. 237[2]].
ps. Dixit dominus. *vt in die sancto.* [= p. 238[4]].

Capitulum vnius martyris.

ant. Exultet spiritus omnium fidelium regem regum et sanctum olauum collaudantium: quia christo seruire est regnare: ipse autem nobis subueniat in terris, qui sanctos suos superata tyrannide coronat in celis.

ps. Magnificat.

Sequentes antiphone dividantur ad magnificat.

ant. Gloriosissime rex et martyr olaue gloria regum decus

procerum lux noruegie gemmaque totius patrie: tua sanctissima prece pro nobis peccatoribus propicius intercede.

ant. Beatus vir olauus talentorum. *vt supra aa. viij.*

ant. Corde et ore laudemus pariter sanctorum sanctificatorem dominum: qui in sanctis suis semper est mirabilis quique sanctum regem olauum martyrem venerandum gloria et honore coronatum: his terris transtulit per martyrium ad celestis regni palacium: cuius anima virtuosissima in celis sublimiter coronata nobis solita quesumus amplificet suffragia.

ant. Nos pariter cuncti deuoto pectore iuncti:
tribus personis laudem resonemus in hymnis:
in tam preclara festiui temporis hora:
quam meritis diuus summe virtutis olauus
hic martyr domini sanctus sub honore perenni
extulit: egregio victrici laude triumpho
dum per tormenta celi conscendit ad alta:
quo nunc cum christo dominatur iure beato:
criminibus soluas sed ob hoc te poscimus omnes:
o vir sancte dei miles fortissime christi:
vt sis patronus noster sine fine benignus
fundens vota precum pro nobis nunc et in euum.

ant. Hodie gloriosus pater olauus dissoluta huius habitationis domo domum non manufactam accepit in celis: quam sibi cooperante dei gratia manu lingua fabrefecit in terris vbi quid iam sitiuit internum gustat eternum: decoratus vna stola securus de reliqua.

ant. Exultemus omnes in deo salutari nostro qui recordatus misericordie sue suscepit. sanctum suum regem olauum in collegio martyrum quem rogemus omnes vt pro nobis ipsum regem regum semper exoret iesum christum.

Tertia die ad matutinas. 31 Juli.

Inuitatorium. Magnus dominus. [= p. 231[22]].

versiculus. Posuisti.

Lectio j. PUeri cuiusdam falso impetiti crimine: vt sepe fert iustus crimen iniqui lingua abscisa est; hic fama miraculorum que per sancti olaui merita fieri frequenter audiuerat excitatus ad memoriam martyris venit: sanctum multis efflagitat lachrimis altis exorat gemitibus: vt loquendi officium quod iniuste perdiderat, suo sibi restituat interuentu. Factum est vt qui ad sepulchrum sancti

merens et elinguis venerat: libere loquens ad sua cum gaudio remeauit.

Resp. Itaque. [= p. 234[25]].

Lectio *ij*. Alter quidam aslaius captus abscisa lingua: forte elapsus est. Hic ad memoriam martyris veniens: et vt lingue sue pristina redderetur sanitas: cum intima cordis contritione postulans: vsum loquendi quem amiserat recepit seque in eadem perenni obsequio martyris mancipauit.

Resp. Confluebant. [= p. 235[8]].

Lectio tertia. Mulier quedam adeo deformiter contracta: vt pedes eius clunibus adhererent ad sepulchrum martyris allata est. Ubi cum in lachrimis: et obsecratione peruigili perseuerasset diutius: integre sospitati reddita extensis neruis: erectis tibijs: confortatis pedibus, et singulis membris officio suo et forme redditis, ad propria repedauit.

Resp. Florebat fides. [= p. 235[15]].
ant. Uisitauit nos dominus. *vt supra*
psalmus. Benedictus.

1 Aug. *In solennitate sancti petri ad vincula*

ad primas vesperas.

De sancto olauo ant. Gloriosissime rex. *vt supra.* [= p. 240[37]].

Post Benedicamus domino *de sancto olauo*

antiphona. Sit semper summa laus. *vt supra.* [= p. 240[7]].

Post Magnificat

Fiat commemoratio de sancto olauo cum hac antiphona.
Beatus vir olauus talentorum. *vt in communi suffragio.*
versiculus. Gloria et honore.
Oratio. Omnipotens *qq. v.*

2 Aug. *Quinta die infra octauam beati olaui.*

Ad matutinas Inuitatorium et cetera omnia necnon et hore diurnales pleniter peragantur quemadmodum prima die post festum eius prenotantur cum his lectionibus.

Lectio prima. ERant duo — suppresserunt = 138[11]—139[3].
Resp. Deuenerat martyr. *supra in die sancto.* [= p. 236[4]].

Lectio secunda. Quadam vero — defertur = 139^{3-13}.
Resp. Egregius martyr olauus. [= p. 236^{17}].
Lectio iij. Porro ille — candida = 139^{13-32}.
Resp. Rex inclitus olauus. [= p. 236^{33}].
ant. Magni patris olaui. *supra qq. v.* [= p. 240^{12}].
psalmus. Benedictus.

In translatione sancti olaui 3 Aug.

ad j. vesperas
omnia plene vt in priori festo eius peragantur.

In primo nocturno

antiphone et psalmi vt in die sancto.
versiculus. Gloria et honore.
lectio j. COntigit — apparuit = 139^{33}—140^{11}.
Resp. In regali. [= p. 233^{16}].
Lectio secunda. Anno quo — permansurum = 142^{17}—143^{6}.
Resp. O quantus. [= p. 233^{29}].
Lectio tertia. Erat namque — laxauit = 143^{6-11}.
Resp. Iustus vero vt leo. [= p. 233^{39}].

In iij. nocturno

antiphone et psalmi vt in iij. nocturno in die sancto.
versiculus. Magna est gloria eius.
Lectio septima. Secundum Lucam IX.

IN illo tempore. Dicebat iesus ad omnes. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum et tollat crucem suam quotidie et sequatur me. Et reliqua.

Mulier quedam — recipere = 143^{11-18}.
Resp. Deuenerat martyr christi. *Quere ibidem.* [= p. 236^{4}].
Lectio viij. In ciuitate quadam — didicerant = 142^{1-7}.
Resp. Egregius martyr christi. [= p. 236^{17}].
Lectio nona. Sacerdos autem — liberatur = 142^{7-10}.
Resp. Rex inclitus. [= p. 236^{33}].

Ad laudes capitula versiculi et antiphone cum oratione: vt in priori festo habeantur.

Ad secundas vesperas antiphone de laudibus: vt in die sancto cum ceteris. [= p. 238].
psalmi vero: Dixit dominus *cum ceteris.*

Capitulum. Beatus vir qui suffert.
Responsorium. Rex inclitus.
hymnus. Deus tuorum. *aa. v.*
versiculus. Gloria et honore.
antiphona. Hodie gloriosus martyr olauus.
psalmus. Magnificat.
Oratio. Deus qui es regum.

4 Aug. *Septima die infra octauas beati olaui.*

ad matutinas et horas diurnales omnia habeantur sicut in prima die post festum prenotantur exceptis his que sequuntur.
Lectio j. VAringus quidam — nouerat = 143^{19-23}.
Resp. Itaque deuotissime. [= p. 234^{25}].
Lectio ij. Hic cum tamdiu — procumbebat = 143^{23}—144^{4}.
Resp. Confluebant. [= p. 235^{3}].
lectio 3. Nocturni igitur — contulisse = 144^{4-11}.
Resp. Florebat fides. [= p. 235^{15}].
ant. Hodie gloriosus pater olauus. *qq. 6. vt supra.* [= p. 241].
psalmus. Benedictus.

5 Aug. *Ultimo die octauarum*

ad primas vesperas ant. Sancte martyr domini olaue. *cum ceteris antiphonis vt in j. vesperis.* [= p. 229]
et psalmi. Dixit dominus. Confitebor. *etc. vt in die.* [= p. 238].
Resp. O quantus.
hymnus. Deus tuorum.
versiculus. Gloria et honore.
antiphona. Adest dies.
oratio. Deus qui es regum.
Matutine cum horis diurnalibus peragantur vt in die sancto passionis eius.

Lectio prima. COntigit etiam in loco qui stychalstad dicitur: eo anno quo beati martyris olaui basilica nono principatus: et pallij vestiretur honore: quod mulier quedam visum recepit: cuius pupilla ab alio infante in pueritia cultelli puncto violata est: et ex illius dolore vterque oculus ad cecitatem grauatus est: sed martyris interuentu detersa cecitate: pristinum lumen se recepisse gaudet.
Lectio ij. Apud regiam urbem — elanguet = 135^{1-8}.
Lectio tertia. Restabat — remearent = 135^{9-15}.

Lectio iiij. O Preclarum – reuertuntur = 135^{15-22}.
lectio v. Imperator — ecclesia = $135^{22}-136^{6}$.
Lectio vj. Contigit quodam — recepit = 141^{15-24}.
Lectio vij. RUsticus quidam — digni = 140^{12-23}.
Lectio 8. Uerum legis — commendarent = $140^{23}-141^{1}$.
Lectio nona. Cunque vt eum — exposuit = 141^{1-14}.

B. BRUDSTYKKER AF TO NORSKE GRADUALER,

skrevne paa Pergament c. 1300, fundne i det Kjøbenhavnske Consistoriearkiv. 1ste og 3die Blad hører sammen; 2det Blad, der fortsætter lige efter 1ste, er skrevet med samme Haand, men i en Bog af større Format.

1ste Blad, Bagsiden[1] [= p. 229^{4-19}].

In natalicio beati olaui martiris ad primas vesperas antiphona super psalmos. Sancte martir domini olaue pro nobis quesumus apud deum intercede ut concedat nobis delictorum ueniam uite eterne largiatur premia.

ps. Laudate pueri.

ant. Sancte martir olaue tua deo placita prece nos semper et ubique protege.

ps. Laudate dominum.

ant. Sancte martir olaue te humiliter deprecamur. ut a peccatorum nostrorum colluuionibus tuis sacris nos expurges orationibus.

ps. Lauda anima.

ant. Sancte olaue martir domini preciose adesto nostris precibus pius ac propicius.

ps. Laudent.

ant. O beate pater olaue pium dominum iesum pro impietati-

2det Blad, Forsiden [= p. 229^{19-26}]

-bus nostris deposce.

ps. Lauda ierusalem.

[1] Forsiden er af Officiet for Maria Magdalena, 20de Juli.

Resp. O quantus fidei feruor inuictissimi martiris pectus accenderat qui in medio gentium efferarum constitutus. Non cessabat tamen salutis uerbum cunctis predicare.

vers. Multos habebat aduersarios qui uias domini rectas conabantur euertere. Non cessa.

3die Blad, Forsiden [= p. 231^{22-24} og 232^{30-32}].

Magnus dominus et laudabilis valde. qui regis olaui industria in lateribus aquilonis fundauit ciuitatem suam.

ps. venite.

hymnus. Deus tuorum.

In primo nocturno.

ant. Regnante illustrissimo rege olauo apud noruegiam venerunt illic precones verbi dei.

2det Blad, Bagsiden [= p. 232^{32}–233^{7} og 233^{16}].

ps. Beatus vir.

ant. Rex autem ille licet gentilis natura benignus erat et ad honesta queque sequenda quadum mentis ingenuitate promtissimus.

ps. Quare fratrem.

ant. Hic euangelice ueritatis scinceritate comperta ad baptismi gratiam deuota alacritate conuolauit.

ps. Domine quid.

vers. Gloria et honore.

Resp. In regali fastigio constitutus spiritu pauper erat

3die Blad, Bagsiden [= 234^{1-9}].

-pauescebat [ad multitudinem nimiam nec despectio propinquo]rum terrebat cum.

Vers. Offerebat se sponte periculis martirium suscipere non recusans. Non.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

In ii nocturno.

ant. Purificatus igitur lauacro salutari repente mutatus est in alium uirum.

ps. Cum inu.

ant. Conse-

C. Fra BREVIARIUM LINCOPENSE (1493), med Varianter fra BREV. ARHUSIENSE (1519).

De sancto olauo

[*super psalmos.* Laudate *per omnia*[1]

antiphona. Sancte — veniam. vite — premia = p. 229^{4-6}.

antiphona. Sancte — placida — protege = p. 229^{8-9}.

antiphona. Sancte — precamur — orationibus = p. 229^{11-13}.

antiphona. Sancte — propicius = p. 229^{15-16}.

antiphona. O beate — deposce = p. 229^{18-19}.

Capitulum. [Memor esto[2].

[*Responsorium.* O sancte olaue christi martyr audi rogantes seruulos. Et impetratam celitus tu defer indulgentiam.

versiculus. O sancte olaue sydus aureum domini gratia seruorum gemitus. solita suscipe clementia.

Hymnus. REx olauus — gaudia = p. 230^{1-30}. Amen.

versus. Gloria et honore[1].

Ad magnificat antiphona. Adest — gloria = p. 231^{4-15}.

Collecta. DEus qui beatum Olauum regem et martyrem tuum[1] magna virtute ac mirabili scientia ditasti: et hodierna die ad ineffabilem gloriam sublimasti: concede[3] nobis [quesumus eius meritis et intercessione[4] antiqui hostis machinamenta superare[5] et ad societatem ciuium supernorum feliciter peruenire. Per dominum.

Ad matutinas inuitatorium. Magnus — suam = p. 231^{32-33}.

psalmus. Uenite.

Hymnus. TArdi — in stadio = p. 231^{27}—232^{10}.

Tortores ad viam vite
compellunt oracula
veniam petentes ite
regis ad miracula:
qua dicetur huc venite
omnes sine macula.

Tu confirmes spem. [= p. 230^{25}].

In j. nocturno

antiphona. Regnante — dei = p. 232^{31-32}.

[1] mgl. [2] Iustus in morte Rex inclitus. [3] Arh. tilføier propicius. [4] famulis tuis eius intercedentibus meritis Arh. [5] deuitare Arh.

antiphona. Rex — promptissimus = p. 232^{34}—233^{2}.
antiphona. Hic — conuolauit = p. 233^{4-5}.

Lectio j. ERat quedam pars [terre norwegie[1] in qua modo sanctissimum[2] corpus sancti olaui requiescit. cuius incole indurati[3] in malicia [hostes veritatis et ideo[4] regis hostes erant inexorabiles[5]. In hanc venit prouinciam christi martyr forte dei gratia populis incredulis predicaturus. Quo comperto veritatis hostes conuocauerunt concilium [iniquitatis. et conuenerunt[4] in vnum aduersus dominum et aduersus christum eius.

Resp. In regali etc.
vers. Sordebat etc. } = p. 233^{16-20}.

Lectio ij. Erat namque [doctrina eius operibus eorum semper[6] contraria. Unde quidam [experti eiusdem[7] Kanuti eius aduersarij muneribus corrupti. quidam vero solius malicie instinctu [nouam religionem: paternis scilicet legibus contrariam recusantes: ordinauerunt exercitum[4] in loco qui nunc stikelstadh[8] dicitur[9]: [contra regem ignorantem: et a sua gente aliquantulum distantem bello[10] excipiunt.

Resp. O quantus etc.
vers. Multos habebat etc. } = p. 229^{22-26}.

Lectio iij. Sed illustrissimus martyr qui totus suspensus ad[11] celestia per martyrij coronam illuc peruenire intimis desiderabat precordijs a facie multitudinis non timuit. [Imminet illi bellum: quod amator pacis securus suscepit pro iusticia et equitate pugnaturus[4].

Resp. Iustus vero etc.
vers. Offerrebat se etc. } = p. 233^{39}—234^{4}.

In ij. nocturno.

antiphona. Purificatus — virum = p. 234^{6-7}.
antiphona. Consepultus — ambulabat = p. 234^{9-11}.
antiphona. Cauebat — affectu = p. 234^{13-14}.

Lectio iiij. EXercitu itaque [in breui prout[12] potuit congregato obuiat inimicis. Porro dominus qui martyri suo mercedem pro quo tot agones pertulerat reddere[13] decreuerat: vt gloriosius eum coronaret: iniquorum iaculis gloriosum martyrem occumbere

[1] noruegie terre. [2] sanctum. [3] et pertinaces tilf. [4] mgl. [5] execrabiles. [6] eius salutifera predicatio impiorum operibus. [7] ex eis cuiusdam. [8] sticlastadis. [9] appellatur. [10] bellum. [11] in. [12] quantum in breui. [13] et gloriam suam quam diucius et auidius sitierat iam reuelare tilf.

permisit. [Legitur enim in cronicis islandie: quod thorirus hundir pupugit sanctum olauum in pectore Thorstanus knarra smidher secuit eum in genu. et kalffwer arnasson secuit eundem in collo in sua sanctissima passione[1].

Resp. Itaque deuotissime etc. } = p. 234^{25-29}.
vers. Iesu bone etc.

Lectio v. Occubuit autem [quarto kalendas[2] augusti feria quarta M. et xxviij. anno ab incarnatione domini pro fidei defensione ab inimicis fidei crudeliter interemptus: feliciter de castris ad eterna regis pallacia[3]. de bello migrans ad pacem que exuperat omnem sensum ad laudem et gloriam dei[4].

Resp. Confluebant ad baptisma etc. } = p. 235^{3-7}.
vers. Confusi erant etc.

Lectio vj. Nocte igitur precedente diem qua martyr[5] passus est: apparuit illi[6] dominus ihesus [verbis consolatoriis demulcens[7] Accede inquit ad me dilecte mi tempus est vt laborum tuorum fructus percipias[8] in sempiterna leticia: [nostro fruens consortio[9] coronam suscipias honoris eterni. qua visione martyr [supra modum delectatus[10]: passioni se letus obtulit: iam [diuinitus scalam cognoscens[11] quam in somnis nuper ad celos erectam viderat: per quam ad dulcedinem quam gustauerat feliciter erat ascensurus.

Resp. Florebat fides etc. } = p. 235^{15-18}.
vers. Exultabat rex etc.

In iij. nocturno.

antiphona. Nec — instantia = p. 235^{20-21}.
antiphona. Nouo — predicabat = p. 235^{23-24}.
antiphona. Predicationis — reuocabat = p. 235^{26-27}.
Euangelium. Nisi granum.

Lectio vij. EUoluto itaque passionis illius tempore cum in quadam domo sanctissimum corpus eius lauissent ministri: proiecta est ante ostium domus aqua mixta sanguine que de vulneribus martyris beati defluxerat. Cecus igitur quidam ante domum eandem transiens: prolapsus est in locum qui adhuc aqua infecta

[1] mgl. [2] in kalendis. [3] pervenit tilf. [4] eius. opere precium est de multis miraculis que ad commendanda merita gloriosi martiris olaui dominus operari dignatus est pauca perstringere vt quantam graciam et gloriam dominus sancto suo dederit infidelibus innotescat. [5] inclitus tilf. [6] ei. [7] demulcens illum verbis consolatoriis. [8] dulcissimos carpes et. [9] modo consortio fruens. [10] admodum confortatus. [11] diuinam scamla conscendens.

sanguine madebat. Cumque digitos suos madefactos eadem aqua ad oculos suos reduxisset: illico detersa caligine lumen pristinum recepit. Mirati sunt omnes qui audierunt nouitatem miraculi: et diuinam pietatem dignis extulere preconijs: qui martyrem suum tam insigni miraculo clarificare dignabatur.

Resp. Deuenerat martir etc.
vers. Hi ergo collecto etc. } = p. 236^{4-8}.

Lectio viij. Apud vrbem constatinopolim celebris est beati olaui regis memoria: et in ciuitate eadem ad honorem eius fabricata est ecclesia. Accidit enim quadam tempestate vt prefate vrbis imperator exercitu collecto aduersus quendam paganorum regem preliaturus procederet ordinate vtreque acies et studio militari disposite bellum ineunt. Inuadunt igitur christianos acerrime barbari: et primo progressu victores existunt. occumbit pars magna grecorum: et christiani exercitus robur elanguet. Restabat acies non grandis que nihil aliud prestolabatur nisi mortem.

Resp. Egregius martyr etc.
vers. In admiratione etc. } = p. 236^{17-22}.

Lectio ix. Desolatus ergo imperator et fere corde dissolutus: ad dominum se conuertens auxilium dei et beati martyris opem perfusis implorabat lacrimis: quem pro iusticia pugnantibus frequenter adesse referente didicerat. Uouent se sub nomine martyris et in honore sancte marie virginis in vrbe regia fabricaturos ecclesiam si eius interuentu victores remanerent. O preclarum et insigne miraculum. apparet martir quibusdam de exercitu et christianam aciem signifer insignis precedit. Horror inuasit hostilem exercitum: et metu diuino perculsi omnes vertuntur in fugam. Fit paganorum strages non minima: et multis onusti spoliis victores christiani reuertuntur. Imperator igitur constantinopolim regressus cum victoria: et voti quo se obligauerat apud martyrem non immemor: ecclesiam vt vouerat fabricauit.

Resp. Rex inclitus — iocunditatis
vers. Felici commercio — gloria regis } = p. 236^{33-38}.
versiculus. Corona.

Laudes.

antiphone. Post mortem — restituit = p. 237^{2-14}.

Hymnus. MArtyr christi subleuatur:
ad domum reducitur:

vulnus aqua dum lauatur
sanguis aqua iungitur:
aqua mixta deportatur
et foris effunditur

Cecus etc. = p. 232^{11-16}.

Lingua etc. = p. 232^{17-22}.

Morbo mulier contracta
fulta repit baculo
inimici fraus subaucta
fracta perit iaculo
sana redit languens facta
regis ab oraculo.

Sacerdotis etc. = p. 232^{23-28}.
Sit laus etc. = p. 230^{31}—231^{2}.

Ad benedictus antiphona. Imperator – exercitum = p. 237^{30-33}.
Ad magnificat antiphona. Hodie gloriosus — sensum = p. 238^{13-15}.

D. Fra BREVIARIUM SCARENSE (1498).

Olaui regis et martyris ad vesperas

super psalmos feriales antiphona. Sancte martyr etc. = p. 229^{4}.
Capitulum. Justum deduxit.
Resp. Rex inclitus.
Hymnus. Deus tuorum.
vers. Gloria et honore.
Super magnificat ant. Adest dies etc. = p. 231^{4}.
Collecta. DEus qui etc. = p. 231^{17}.
Inuitat. Magnus dominus et laudabilis etc. = p. 231^{22}.
Hymnus. Martyr dei.

In j. nocturno.

ant. Regnante etc.
ant. Rex autem etc.
ant. Hic euangelice.
vers. Gloria.
} = p. 247^{36}—248^{2}.

Lectio j. REgnante illustrissimo rege olauo apud norwegiam — in lateribus aquilonis = p. 127^{4-16}.

Resp. In regali etc.
vers. Sordebat. etc. } = 233^{16-20}.

Lectio ij. Ceterum magnus dominus et laudabilis nimis qui in lateribus aquilonis edificauit ciuitatem suam. austri placido flamine. aquilonis dissipauit duriciam: et gentium efferarum obstinatos ac feroces animos calore fidei tandem emolliuit. Audierat auditum a domino: et legatos misit ad illas gentes: misit precones verbi sui: qui veritatem (que est in christo iesu) partibus illis predicarent: culturam idolorum euerterent credentibus vitam indeficientem et gaudia eterna promitterent: et incredulos ac rebelles. metu futuri iudicij et perhennis supplicij deterrerent.

Resp. O quantus etc.
vers. Multos habebat etc. } = p. 229^{22-26}.

Lectio iij. Illi tunc (vt diximus) prouincie preerat gloriosus rex olauus: qui licet gentilis natura tamen benignus erat: et ad honesta queque sectanda quadam mentis ingenuitate promptissimus Hic euangelice veritatis sinceritate in anglia olim comperta. fidem toto admisit pectore: et ad baptismi gratiam in vrbe rothomagi deuota animi alacritate conuolauit. Purificatus igitur lauacro salutari. repente mutatus est in alium virum: et (iuxta quod apostolus ait) consepultus christo per baptismum in mortem: oblitus que retro sunt. in anteriora se extendens. in nouitate vite suscepte religionis perfectissimus obseruator ambulabat Sordebat ei omnis vana delectatio et terreni regni gloria pre dulcedine celestis patrie vilescebat.

Resp. Justus vero etc.
vers. Offerebat etc. } = p. 233^{39}—234^{4}.

In ij. nocturno.

ant. Purificatus — affectu = p. $234^{6-7,\ 9-11,\ 13-14}$.

vers. Posuisti.

Lectio iiij. IN regali fastigio constitutus. spiritu pauper erat: et licet terrenis negociis implicatus. nihilominus meditabatur celestia. Quicquid diuina lex prohibet. vehementer abhorrebat: quicquid autem precipit. ardentissimo complectabatur affectu. Nec propria salute contentus. populos quibus preerat. ad fidem conuertere. vigilanti nitebatur instantia. Et nouo rerum ordine. rex apostoli vicem gerens. ipse dux verbi. christi gratiam passim

omnibus predicabat. Nonnullos etiam predicationis gratia. que diffusa erat in labijs eius. a nephandis demonum cultibus ad agnitionem et reuerentiam sui creatoris reduxit. Plurimos etiam ad contemptum seculi et amorem superne patrie. mirabilis eius deuotio medullitus inflammauit.

Resp. Itaque etc.
vers. Iesu bone etc. } = p. 234^{25-29}.

Lectio v. Cuius enim obstinationem aut duriciam insignis regis sermo dulcis. et sapientia spirituali plenus. non frangeret? Uerumtamen in medio nationis praue et peruerse positus. licet multos conuerteret. plurimos tamen habebat aduersarios fortes et potentes: qui nobilissimi martyris christi predicationi et operibus sanctis. totis nisibus obuiabant.

Resp. Confluebant etc.
vers. Confusi etc. } = p. 235^{3-7}.

Lectio vj. Iustus autem vt leo confidens absque terrore erat: et iuxta exemplum beati iob. non expauescebat ad multitudinem nimiam: nec despectio propinquorum terrebat eum. nec aduersantium minis aut insidiis auerti poterat a constantia predicationis.

Resp. Florebat etc.
vers. Exultabat etc. } = p. 235^{15-18}.

In iij. nocturno.

ant. Nec propria etc. = p. 235^{20-21}.
ant. Nouo etc. = p. 235^{23-24}.
ant. Predicationis etc. = p. 235^{26-27}.
vers. Magna.

Lectio vij. GRatum siquidem illi erat. non solum vt in christum crederet. sed etiam vt pro illo pateretur: nec solum temporalis regni diadema paratus erat pro christo deponere. sed etiam martyr ad perhennium gloriam gaudiorum desiderabat intime pertingere O quante deuotionis flagrantia. quantusque fidei feruor excellentissimi martiris christi pectus inflammauerat: qui in medio gentium constitutus. non cessabat tamen salutis verbum cunctis predicare. Plurimum profecit in breui: et innumerabilem domino multitudinem acquisiuit.

Resp. Deuenerat etc.
vers. Hij ergo etc. } = p. 236^{4-8}.

Lectio viij. Confluebant autem ad baptisma certatim po-

puli: et numerus credentium augebatur indies. Effringebantur statue: succidebantur luci. euertebantur delubra: ordinabantur sacerdotes: fabricabantur ecclesie: offerebant donaria populi cum deuotione et alacritate. Erubescebant ydolorum cultores: confundebantur confitentes in sculptili: et in multis regionis illius partibus infidelium depressa multitudine. omnis iniquitas oppilabat os suum.

Resp. Egregius etc.
vers. In ammiratione etc. } = p. 236^{17-21}.

Lectio ix. Non cessabat autem indefessus euangelij predicator obstinatos conuincere: rudes instruere: in fide teneros confirmare. Nihil regij fastus. nihil tyrannidis in suos exercebat subditos: omnibus autem exempla prebebat humilitatis et mansuetudinis. Prouidebat etiam ne nobiles et potentiores. humiliores per potentiam opprimerent: leges diuinas et humanas mira sapientia et discretione compositas scripsit: et promulgauit: in quibus ius suum assignauit. quantum etiam liceret prelatis in subditos et quantam subditi reuerentiam exhiberent erga prelatos. certis limitibus discreuit: tanquam modestissimus et equissimus arbiter: considerans plerumque reges. potestate sibi concessa superbe abuti in subditos: legum rigore. regalem coercuit ac refrenauit licentiam. In his igitur legibus satis claret quam solicitus erga religionem. quam benignus erga proximum rex iste gloriosus extiterit.

Resp. Rex inclitus etc.
vers. Felici etc. } = p. 236^{33-38}.
vers. Corona.

Laudes.

ant. Post mortem etc.
ant. Implorata etc.
ant. Ad sepulcrum etc.
ant. Adolescens etc.
ant. Quidam sacerdos etc. } = p. 237^{2-14}.

Super benedictus

ant. Imperator grecus etc. = p. 237^{30-33}.

In ij. vesperis.

Super magnificat ant. Hodie preciosus martyr etc. = p. 238^{13-15}.

Brudstykke fra det danske Geheimearkiv.

[Nedre Halvdel af et Blad i tospaltet Folio, beskrevet paa begge Sider, nedentil betegnet g. xvij⁰, omtr. fra 2den Halvdel af 15de Aarh. Fundet i Regnskaber fra Træleborg 1615].

Forsiden:

verbi dei
p. beatus vir
Rex autem ille licet gentilis natura benignus erat et ad honesta queque sequenda
[= 232^{32}—233^{1}]

wegiam. que est terra pregrandis versus aquilonem locata: a meredie daciam habens eandem ingressi sunt terram pedes ewangelizancium pacem: ewangelizancium bona Actenus sacrilegis ydolorum mancipate ritibus et supersticiosis erroribus deluse naciones ille: veri dei fidem et

Bagsiden:

deuote libera contemplacione meditabatur celestia. Sorde-
[= 233^{17-19}]

astra celi exaltabo solium meum. sedebo in monte testamenti. in lateribus aquilonis. Ceterum magnus dominus et laudabilis nimis. qui de lateribus aquilonis edificauit ciuitatem suam: austri placido flamine aquilonis dissipauit duriciam: et gencium effe-
[= 252^{1-7}].

E. Fra BREV. AROSIENSE (1517), identisk med BREV. STRENGNENSE (1495) og UPSALENSE (1496), med Varianter fra BREV. OTTHONIENSE (1483), ROSCHILDENSE (1517) og LUNDENSE (1517).

[*Sancti Olaui*[1] *regis et martyris ad vesperas super omnia laudate*[2]

ant. sancte martyr — premia.
[*ant.* s. m. — protege.
ant. s. m. — orationibus.
ant. s. m. — propitius.
ant. O beate pater — deposce[3].

} = p. 247^{5-10}.

[1] i Brev. Aros. er gjennemgaaende trykt *Ol*a*nus*, *n*i osv. [2] *De sancto olauo rege ad vesperas* Otth. *Olaui regis et martyris ad vesperas* Ros. Lund. [3] Fra [mgl. Otth.

Capitulum [de vno martyre[1].

Resp. Florebat.

Hymnus. O quam glorifica
lux hodierna
implens magnifica
laude superna
votis exhibita
speque suavi
presentans merita
dulces Olaui.

Qui cum celigenis
vita beata
cui terrigenis
mentio grata
vite nempe solo
spargit odorem
virtus nacta polo
lucis honorem.

Ipsum rite dei
fecit amicum
prudens pectus ei
forte pudicum
herens preterea
tramite recto
de bostra (!) rubea
veste perfecto.

Christi tam niuei
quam umbra vestis
dum pensas fidei
strenue testis
te ducunt ad eum
candida vita
et mors per rubeum
stema polita.

[1] *in communi* Otth. Beatus vir qui suffert Ros. Lund.

Iam sortite noue
dona corone
nos orando foue
sancte patrone
nos inuise ferens
munera christi
thau quam fronte gerens
victor adisti.

Fasces nescieras
imperiales
gazas horrueras
materiales
das nunc diuitias
spirituales
et nobis cupias
mittere tales.

O simplex diuinitas
sit tibi trine
virtutis pietas
laus sine fine
in nobisque tuum
perfice munus
dans te conspicuum
te deus unus. Amen[1].

Super Magnificat ant. Adest — gloria = p. 231^{4-15}.
Collecta. [Deus qui es – repromissam. Per dom.[2] } = p. 231^{17-23}.
Inuitat. Magnus dominus — ciuitatem suam }
[Psalmus et versiculus de vno martyre[3].

In j. nocturno

ant. Regnante — verbi dei. }
ant. Rex autem — promptissimus. } = p. 247^{36}—248^{2}.
ant. Hic euangelice — conuolauit. }

[1] Istf. denne Hymne har Otth.: Deus tuorum militum. Ros. og Lund har en forskjellig Hymne, se nedenfor S. 262. [2] Deus qui beatum – peruenire (= S. 247^{19-23}) Otth. Arh. Ros. [3] mgl. Otth. Ros. Arh. Her indskyder Ros. og Lund en Hymne, se nedenfor S. 262.

vers. Gloria et honore coro.

Lectio j. Gloriosus rex Olauus [euangelice synceritatis comperta veritate in anglia[1] fidem toto admisit pectore ad baptismi gratiam[2] in [vrbe rothomagi[3] deuota animi alacritate conuolauit. Purificatus itaque[4] lauacro salutari [in anteriora se extendens, nouo rerum ordine[5] rex apostoli vice fungens dux verbi christi[6] gratiam passim omnibus predicabat[7]. Tu autem do.

Resp. In regali — celestia. } = p. 233^{16-20}.
vers. Sordebat — vilescebat. }

Lectio ij. Plurimum profecit in breui, et innumerabilem domino multitudinem populorum acquisiuit. [Explicari non potest quanta beneficia populis contulit[8] quantum profuit dum noruegie rex prefuit. Tu.

Resp. O quantus — predicare. } = p. 229^{22-26}.
vers. Multos — euertere. }

Lectio iij. Sed e contrario[9] perpessus[10] est multas tribulationes a quibusdam donec eorum[11] multitudini non valens resistere secessit in rusciam[12]: donec voluntati sue ac proposito tempus idoneum dominus conferre dignaretur. Ubi a gerzelano[13] eiusdem prouintie rege magnifico gloriose susceptus honore amplissimo quamdiu illic morari voluit habitus est. Tu.

Resp. Iustus vero — terrebat eum } = p. 233^{39}—234^{4}.
vers. Offerebat — recusans. }

In secundo nocturno

ant. Purificatus — alium virum. }
ant. Consepultus — ambulabat. } = p. 248^{29-31}.
ant. Cauebat — affectu. }

Lectio iiij. Illic[14] non paruo tempore moratus honestam[15] vite formam et sue religionis[16] celebre monumentum incolis reliquit. Denique[17] decoctus igne persecutionis [diuino inspiratus[18] instinctu per suetie fines[19] ad propria remeauit. Tu.

[1] euangelice veritatis sinceritate angelica comperta Otth. s. e. v. in anglia c. Ros. [2] gloriam Otth. [3] ciuitate rothomagensi Ros [4] ergo Otth. [5] mgl. Ros. [6] dei Ros. [7] predicauit Ros. [8] Denne Sætning staar i Otth. foran den foregaaende. Denne mgl. ganske i Ros., som har: Explicari autem minime potest quantum osv. [9] conuerso Otth. Ros. [10] passus Otth. [11] illorum Otth. impiorum Ros. [12] ruciam Otth. Ros., her stanser L. II i Ros.; derefter Resp. og Vers. og saa L. III Ubi a etc. [13] geritzslauo Otth. greselauo Ros. [14] Clarissimus igitur martyr christi ruthiam ingressus ibi Ros. [15] honeste Otth. [16] charitatis, benignitatis tilf. Ros. [17] Deinde Otth. [18] diuine inspiracionis Otth. [19] partes Otth.

Resp. Itaque deuotissime — disseminans.
vers. Iesu bone — posset. } = p. 234^{25-29}.

Lectio quinta. Indutus[1] lorica fidei[2] obijciebat se sponte periculis martyrium si deo placuisset suscipere non recusans. Quo comperto[3] veritatis hostes [conuocauerunt consilium iniquitatis[4] contra[5] dominum et adversus christum eius. Erat namque eius doctrina operibus eorum valde contraria. Tu.

Resp. Confluebant — os suum.
vers. Confusi — in dies. } = p. 235^{3-7}.

Lectio vj. Unde quidam ex eis cuiusdam kanuti sui[6] aduersarii muneribus corrupti quidam vero malicie sue instinctu nouam religionem paternis[7] legibus contrariam recusantes [ordinato exercitu[8] in loco qui [nunc sciclastadum appellatur[9] ignorantem et a sua gente aliqualiter distantem regem bello excipiunt.

Resp. Florebat — alacres.
vers. Exultabat — degustans. } = p. 235^{15-18}.

In tertio nocturno

ant. Nec propria — instantia.
ant. Nouo rerum — predicabat.
ant. Predicationis — reuocabat. } = p. 249^{25-27}.

Lectio vij. Sed illustrissimus martyr[10] qui totus suspensus in celestia pro iusticia et fide pugnaturus exercitu quanto[11] potuit congregato obuiat inimicis. [Occumbens autem ille[12] quarto kal. augusti millesimo vicesimo octauo anno ab incarnatione domini feliciter de castris ad eterni regis palatia de bello migrauit ad pacem. Tu autem.

Resp. Reuenerat — inexorabiles.
vers. Hi ergo — christum eius[13]. } = p. 236^{4-8}.

Lectio viij. Nocte igitur precedente die in qua martyr inclytus passus est aparuit ei dominus iesus christus verbis consolatoriis eum demulcens. Accede inquit ad me dilecte mi: vt laborum tuorum fructus recipias in vita sempiterna meo fruens consortio. Tu.

[1] i. igitur Ros i. ergo Otth. [2] et accinctus gladio spiritus quod est verbum dei tilf. Ros. [3] peracto vel comperto Otth. [4] conuenerunt ac iniquitatis consilium inierunt Ros. corruerunt Otth. [5] adversus Otth. Ros. [6] mgl. Otth. Ros. [7] scilicet tilf. Otth. Ros. [8] O. vero e. Otth. ordinant exercitum Ros. [9] dicitur stickelstad Otth. nunc styclastadh dicitur Ros. [10] rex olauus Otth. [11] in breui quantum Otth. Ros. [12] Porro vt gloriosus eum deus coronaret: iniquorum iaculis ipsum occumbere permisit. Occubuit autem rex olauus. [13] her standser Ros. L. VIII og IX mgl. i Otth.

Resp. Egregius — fructus = p. 236^{17-20}.
vers. In admiratione — oraculum. p. 236^{21-22}.

Lectio ix. Qua visione martyr admodum confortatus et suauitate ineffabili quam perceperat passioni se letus obtulit iam diuinitus scalam cognoscens quam in somnis nuper ad celos erectam viderat per quam ad dulcedinem quam pregustauerat erat ascensurus.

Resp. Rex inclytus — iocunditatis.
vers. Felici commertio — gloria regis. } = p. 236^{33-38}.

Ad laudes

ant. Post mortem — recepit.
ant. Implorata ope — exercitum.
ant. Ad sepulchrum — remeauit.
ant. Adolescens — cum gaudio.
ant. Quidam sacerdos — restituit[1]. } = p. 237^{2-14}.

Capitulum. hymnus de vno martyre.

Super benedictus ant. Imperator — exercitum. = p. 237^{30-33}.
Super magnificat ant. Hodie preciosus — omnem sensum = p. 238^{13-15}.

Brev. Roschildense (og Lundense) har istedenfor Hymnen S. 256—57 følgende

Hymnus.

Pange lingva gloriosi
diei solemnia:
regnum[2] jubar preciose
rex olaue premia:
posce tuis amorose
frui lucis gloria.

Caput tuum diadema
cingit dote uaria:
mitra colit hoc emblema
factoris industria:
cujus emulatur schema
virtutum insignia.

[1] her stanser Otth. [2] regum Lund.

Mole carnis aggravatus
carnis fugit deuia
mente pura sublenatus
totus in celestia:
velut cenum aspernatus
mundi transitoria:

Regni tenens moderamen
dictante iustitia:
pius piis relevamen
oppressis iniuria:
iustis scutum et tutamen
es arcens rebellia.

Orthodoxe dum fundaris
fidei constantia:
pravitati reluctaris
firma permanentia:
sacri fontis nec vexaris
deriuans eloquia:

Fulgens honestate morum
et doctrine gratia:
Corda mollis efferorum
mira patientia:
sepe ferens seruulorum
minas et conuitia:

Dum rarescit impiorum
erroris amentia:
pia manus conversorum
conferunt donaria:
marcet cultus idolorum
et floret ecclesia.

Patri digne laus debetur
qui creauit omnia:
redimentis veneretur
nos prolis clementia:
laus sit ei cui debetur
delictorum venia. Amen.

Brev. Rosch. og Lundense indskyder efter Invitatoriet S. 257[27] følgende

Hymnus.

Procul pulso iam torpore
consurgamus ocyus:
regis huius in honore
psallemus deuotius:
vt dignetur nobis fore
clemens et propitius.

Adhuc vivens veneranda
que gessit miracula:
presens digne memoranda
recolit diecula:
plebs fidelis hec laudanda
conclamat per secula.

Luce solis contingebat
rex volutans varia:
lignum cedens nec habebat
diem in memoria:
quidam astans cras dicebat
est secunda feria.

Se fuisse non previsum
rex instanter gemuit:
perurendum mox decisum
palme superposuit:
post exstinctum flamme nisum
illesum apparuit.

Largum iter nauiganti
rupes scissa prebuit:
hostis vires viri tanti
metuens obstupuit:
qua virtute tam prestanti
scindi petra potuit.

Nocte diem precedente
qua vis seuit hostica:
audit martyr alloquente

se voce dominica:
veni chare iam repente
percepturus celica.

Hoc audito se rex letus
offerebat prelio:
impugnantis partis cetus
corde coit impio:
iustus cadit fit completus
labor et promissio.

Summo detur creatori
laus et iubilatio:
honor virtus redemptori:
patris soli filio:
ab vtroque laus amori:
cuius est promissio. Amen.

Lektierne i Breviarium Lundense.

Lectio I. Gloriosus rex noruegie olauus cum in anglia fidem christi audiuisset in rothomago baptisatus est: rediensque in regnum suum apostoli vicem gerens verbi dei gratiam incolis predicauit.

Lectio II. Plurimum profecit in breui et constructis ecclesiis innumerabilem domino multitudinem populi acquisiuit, vnde et plurimas excitauit contra eum diabolus incolarum insidias: ita vt multiplicatis hostibus fidei cogeretur in ruthiam exulari.

Lectio III. Diuina denique inspiratione edoctus cupiens opus fidei: quod ceperat: consummari: vt perfectus athleta martyrium suscipere non recusans per fines suecie ad propria remeauit.

Lectio IIII. Redeunte igitur rege occurrunt hostes fidei in graui multitudine: qui in regem infesti: multiplicatis in eum vulneribus: christo martyrem reddiderunt.

Lectio V. Nocte autem precedente diem passionis eius: vidit scalam celos tangentem: per quam descendens christus aiebat illi. Veni dilecte mi: tempus est vt laborum tuorum fructus in eterna letitia percipias.

Lectio VI. Completa autem passione: cum corpus eius lauaretur: proiecta est aqua mixta sanguine martyris ante ianuam

domus, cecus autem quidam in locum illum dilapsus cum manus aqua madidans ad oculos reduceret: integrum lumen oculorum recepit.

Af „Officia propria ss. patronorum Regni Poloniæ et Sueciæ", Mechliniæ 1858.

In festo S. Olavi Regis et Martyris.

Ad Magnificat ant. Adest — gloria = p. 231⁴⁻¹⁵.
Oratio. Deus qui es — Dominum = p. 231¹⁷⁻²¹.

In j. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente. *In secundo Nocturno.*

Lectio IV. Olavus Rex Norwegiæ, Olávi Skothkonung, Suecórum et Gothórum Regis gener, evangélicæ veritátis sinceritáte in Anglia compérta, Rothómagi ad grátiam Baptísmi devóta ánimi alacritáte pervénit. Purificátus lavácro salutári, non satis esse putábat, ut Epíscopi, et Sacerdótes contínue in regno ejus Norwegiáno Christi Evangélium prædicárent; sed novo rerum órdine ipse Rex, Apóstoli vice fungens, Christi grátiam passim ómnibus prædicábat, innumerabilémque pópuli multitúdinem Dómino brevi acquisívit. Quod indígne feréntes pleréque próceres Norwegiáni, fídei christiánæ hostes, Canutum Danórum Regem contra eum incitárunt. Quorum ille perfídiam declínans, in Russiam secéssit ad Jarosláum Rússiæ Ducem affínem suum.

Resp. Honéstum fecit.

Lectio V. In Russia non parvo témpore demorátus, religiónis et vitæ sanctíssimæ célebrem atque jucúndam relíquit memóriam. Pertæsi autem Norwegiáni óptimi Regis abséntiæ, ipsum ab exílio ad regni sólium per legátos révocant. Ille persuásus ab eis, per Suéciæ fines, magna Regis Amúndi affínis, aliorúmque propinquorum, et amicórum gratulatióne in Norwégiam revértitur. Quo compérto, veritátis hostes convenérunt in unum advérsus Dóminum et adversus Christum ejus, bellóque veniéntem excípere decrevérunt, Dúce Canúto Danórum Rege.

Resp. Desidérium ánimæ.

Lectio VI. Occurrit sanctus Rex inimícis cum exércitu, pro justítia et fide pugnatúrus. Intérea noctu appáret ei Dóminus

Jesus Christus, atque his verbis eum solátur: Veni, diléćte mi, áccipe corónam; quam tibi præparávi in ætérnum. Qua visióne confortátus, martyrio se lætus óbtulit, jam divínitus agnóscens scalam sibi ad cœlos eréctam, quam nuper in somnis víderat, per quam ad magnam illam multitúdinem dulcédinis divínæ felíciter erat ascensúrus. Anno ígitur Dómini millésimo vigésimo octávo, per quosdam domésticos hómines ímprobos, a Canúto Rege pecúnia corrúptos, oppréssus, de castris ad palátia ætérni Regis, et de bello migrávit ad pacem. Cujus sanctitátem Deus post mortem ejus multis declarávit miráculis.

Resp. Stola jucunditális.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.
L. VII—IX (udelades).

Ad Benedictus ant. Egressus — fructus = p. 236^{17-20}.

In ij. Vesp.

Ad Magnificat ant. Hodie — omnem sensum = p. 238^{13-15}.

F. Fra BREVIARIUM SLESVICENSE.

De s. Olauo totum de uno Martyre IX. lectiones.

Coll. Deus — pervenire = p. 247^{18-22}.

Lectio prima. Gloriosus rex olavus ad fidem christi in anglia est conversus: Sed rothomagi baptismum sucepit. Qui statim fervore fidei apostolicum sumens officium, fidem Christi in diversis partibus predicavit: innumerabilem multitudinem domino acquisivit. Sed e converso in regno Norvegie a quibusdam malis multas pertulit tribulationes: donec eorum multitudini resistere non valens: secessit eis ruciam. Ubi a rege illius provincie honorifice est receptus et per tempus aliquod ibi mansit.

Lectio ij. Deinde divino instinctu per Svecie fines rediens: objecit se sponte periculis, paratus subire martyrium propter

Christum. Erat namque eius doctrina operibus eorum valde contraria. Nam quidam cujusdam Kanuti adversarii ejus muneribus corrupti, quidam propria malicia accensi novam legem paternis legibus contrariam recusantes, ordinato exercitu in loco, qui nunc dicitur Stikelstade, regem bello exceperunt. Quibus ille cum paucis occurrens occubuit; pro temporali regno accipiens eternum iiij Kalendas Augusti, Anno incarnationis dominice m. xx. viij.

Lectio iij. Nocte vero precedente diem obitus sui apparuit ei dominus dicens: Veni electe mi ut laborum tuorum fructum accipias in leticia sempiterna. Qua visione inestimabili gaudio repletus, intellexit divinitus qvid significat scala quam prius in somnis viderat erectam in celis. Per quam utique ad celestem gloriam erat ascensurus. Post mortem autem ipsius multis eum dominus miraculis illustravit. De quibus hic aliqva subnectuntur. Tu autem.

Lectio iiij. Dum in domo quadam sanctissimum corpus ejus vulneratum ministri lavissent, ejecta est ante hostium aqua mixta sangvine, qvi defluxerat de plagis ejus. Accidit autem ut qvidam cecus ante domum transiens caderet in eodem loco; cumque digitos madefactus cum dicta aqua ad oculos suos reduceret continuo clarum visum recepit.

Lectio v. Contigit etiam sancto viro adhuc viventi, in quadam die dominica, virgulam forte ubi residebat inventam cultello qvem manu tenebat inscindere, immemor qvod dies dominica esset. Unus autem de astantibus indirecte eum admonuit dicens: Domine mi rex cras est secunda feria. Qua commonitione rex ad se reversus doluit. et omnes dolaturas virge colligens super nudam manum suam totaliter combussit. Quibus combustis manus ejus illesa remansit.

Lectio vj. Erat in Dacia qvidam prepositus valde perversus qvi beato olavo et ejus miraculis frequenter derogabat. Hic habebat ancillam natione norvegensem beato Olavo valde devotam. Dum autem quadam vice adveniret ejus festivitas, dictus prepositus coegit eandem ancillam ex sola malicia temerare festum ejus coquendo panes. Ipsa autem invita et coacta imperium adimplevit cum gemitu invocans sanctum martyrem, ut cum aliqvo signo perversitatem prepositi refrenaret. Mira res. uno eodem momento prepositus cecitate percutitur, et panes in clibano in lapides convertuntur.

G. BRUDSTYKKE AF ET HAANDSKREVET DANSK BREVIARIUM.

„Ex folio quodam pergameno, quod ex libro in majori folio disruptum, in Dania non vero in Islandia nactus sum. Scriptura erat satis elegans et antiqua. Inerant legendæ tantum de Sanctis, sine officiis. Præcedebat in hoc folio legendæ de S. Jacobo Apostolo [25de Juli], VII dormientibus [27de Juli] et S. Pantaleone Martyre [28de Juli]; hinc in ultima parte folii de S. Olavo, uti heic exaratum est, apparetque hujus legendæ maximam partem deesse" (Arne Magnusson i 670 qv.).

Dette Brudstykke er forhen trykt hos Langebek II, 530.

Sancti Olavi Regis et Martyris.

Gloriosus igitur Rex Olavus Evangelicæ veritatis sinceritate angelica comperta, fidem toto admisit pectore et ad baptismi gratiam in urbe Rothomagi devota animi alacritate convolavit. Purificatus igitur lavacro salu . . .

H. Fra ET DANSK HAANDSKREVET BREVIARIUM.

Denne Legende har Arne Magnusson ladet skrive i A. M. 670 qv. efter en Membran i 4to i det gamle Universitetsbibliothek (Caps. Ambros. pars 1. ord. 4. No. 26); den indeholdt „lectiones de sanctis Ansgario, Wilhelmo, Kanuto Duce, Kanuto rege, Olavo rege, Magno martyre glorioso et de Lucio in translatione capitis sui". Afskriveren og Langebek i sit Aftryk (II, 533—35) har ikke bemærket eller noteret, hvilke Dele af Afskriften hører til „officia", hvilke til „lectiones"; i det følgende Aftryk er dette forsøgt ved de i Klammer tilsatte Ord.

De Sancto Olavo.

[*Ant.*] Sancte Martyr — gaudia. = p. 229^{4-6}.
[*Resp.*] O qvantus etc. = p. 229^{22-24}.
[*Ant.*] Adest dies — regum gloria. = p. 231^{4-15}.
Collecta. Deus qvi — pervenire. = p. 247^{18-22}.

[*In primo nocturno*].

[*Ant.*] Rex ille — promptissimus.
[*Ant.*] Hic Evangelicæ — convolavit. } = p. 248^{1-2}.

[*Lectio I*] Gloriosus Rex Olavus Evangelicæ veritatis sinceritate in Anglia comperta, fidem toto admisit pectore et ad baptismi gratiam, in urbe Rothomagi Devota mentis alacritate convolavit. Purificatus igitur lavacro salutari, in anteriora se extendens novo rerum ordine, Rex Apostoli vice fungens, ipse Dux verbum Dei passim omnibus prædicavit, plurimum proficiens in brevi et innumerabilem Domino multitudinem populi acqvisivit. Exemplificari memoriæ oportet, qvanta beneficia populis contulit, dum Norvegiæ Rex præfuit.

[*Resp.*] In regali — cælestia.
[*Vers.*] Sordebat — vilescebat. } = p. 233^{16-20}.

[*Lectio II*] Sed è converso perpessus est multas â qvibusdam tribulationes, donec illorum multitudine resistere non valens, secessit in Rusciam, donec voluntati suæ ac proposito tempus ydoneum Dominus conferre dignaretur. Ubi â Venzellano Provinciæ ejusdem Rege magnifico gloriose susceptus, honore amplissimo, qvamdiu ibi morare voluit, habitus est. Illic verò non parvo tempore demoratus et honestam vitæ formam et suæ religionis celebre monumentum incolis reliqvit, Deniqve decoctus igne persecutionis, divino inspiratus instinctu, per Sveciæ fines ad propria remeavit.

[*Resp.*] O qvantus — prædicare.
[*Vers.*] Multos habebat — evertere. } = p. 229^{22-26}.

[*Lectio III*] Indutus igitur lorica fidei, objiciebat se sponte periculis, martyrium, si Deo placuisset non recusans. Anno peracto veteres hostes convenerunt iniqvitatis consilium inientes adversus Dominum et adversus Christum ejus. Erat namqve illius doctrina illorum operibus valde contraria. Unde qvidam ex eis, cujusdam Kanuti ejus adversarii muneribus corrupti, qvidam vero malitiæ suæ instinctu, novam religionem paternis scilicet legibus contrariam recusantes, ordinato exercitu in loco, qvi nunc Stichistad appellatur ignorantem et â suâ gente aliqvantulum distantem Regem bello excipiunt.

[*Resp.*] Iustus vero — eum. = p. 233^{39}—234^{2}.

[*In secundo nocturno*].

[*Resp.*] Ex qvo enim purificatus erat lavacro salutari, repentè mutatus erat in alium.

[*Ant.*] Consepultus Christo per baptismum in mortem, in novitate vitæ et religionis, qvam susceperat, perfectissimus observatur ambulabat.

[*Ant.*] Pavebat vehementer, qvicqvid vetat lex divina, qvicqvid autem præcepit, ardentissimo complectebatur affectu.

[*Lectio IV*] Sed illustrissimus Martyr, qvi totus suspensus in cælestia, justitia et fide pugnaturus exercitu in brevi qvantum potuit, congregato, obviavit inimicis. Occumbens autem qvarto Kalendas Augusti, feria qvarta, M. et vigesimo octavo anno ab Incarnatione Domini, feliciter ad æterni Regis palatia de bello migravit ad pacem. Nocto igitur præcedente diem, qva Martir inclitus passus est, apparuit Dominus Ihesus verbis consolationis demulcens, Accede, inqvit, ad me, dilecte mi, ut fructum laborum tuorum accipias, in sempiterna lætitia consortio nostro fruens. Qva visione Martyr admodum confortatus et svavitate ineffabili, qvam perceperat satiatus, passioni se lætus obtulit, jam divinitus scalam agnoscens, qvam nuper viderat erectam in sompnis ad cælos, per qvam ad dulcedinem qvam gustaverat, feliciter erat ascensurus. Tu autem.

[*Resp.*] Itaqve devotissime — disseminans.
[*Vers.*] Ihesu bone — posset? } = 234^{25-29}.

[*Lectio V*] Evoluto itaqve passionis illius tempore, cum in domo qvadam sanctissimum corpus ejus regales lavissent Ministri, projecta est ante ostium aqva mixta sangvine, qvi de Beati Martyris vulneribus defluxerat. Cæcus igitur qvidam ante domum eandem transiens, prolapsus est in locum qvi adhuc aqva et sangvine infecta manebat cumqve digitos madefactos eadem aqva ad suos oculos levaret, illico intrusa caligine lumen pristinum recepit. Obstupuit igitur vehementer, in qvo divinum fieret miraculum et cujus sangvine respersa fuisset aqva certius explorans, se per merita Beati Olavi Martyris visum recepisse certissime cognovit. Mirati sunt omnes qvi audierunt novitatem miraculi dignis extulêre preconiis, qvi Martyrem suum jam insigni clarificare miraculo dignabatur.

[*Resp.*]. Confluebant — os suum.
[*Vers.*]. Confusi — in dies. } = 235^{3-7}.

[*Lectio VI*] Erat in Hibernia Dux qvidam Guthormus nomine natione Noricus scilicet beati Martyris Olavi Nepos, vir genere præclarus et armis potens. Hic cum Rege Clibinniæ Margodo fæderatus et qvadam familiari societate conjunctus erat Contigit

autem ut ambo pariter in expeditionem cum numerosa classe profecti, cum multis opibus et manubiis copiosis locupletati reverterentur. Qvadam autem die cum spolia inter se divisuri convenissent, videns Rex præfatus prædam innumerabilem, amore cupiditatis cæcatus est, et mutua societatis et alterni sacramenti contemptor, proponit duo, ut eligat unum de duobus, qvod velit. Aut michi, inqvit, omnia relinqves cum navibus spolia, aut â me bellum tibi illatum sustinebis Inter has positus Dux Guthormus angustias, qvo se verteret, nesciebat. Relinqvere prædam cum navibus turpe sibi et indecorum nimis videbatur. Erat autem inter exercitus grandis distantia. Rex namqve prædictus qvindecim naves habuisse dicitur, Dux verò qvinqve tantum. Dux itaqve anxius petit biduanas inducias, si fortè posset â neqvitia excogitata tyrannum deflectere. Nam eodem die erat vigilia Beati Martyris Olavi. Postqvam verò animum barbari nullis potuit precibus emollire, elegit honeste mori, qvam dedecore tanto et infamia sui generis spolia sua cum navibus relinqvere. Sed qvia humanum deerat, divinum implorabat auxilium et beatum Martyrem Olavum, ut sibi succurrat devotè precatur, promisitqve se in Ecclesia Martyris crucem facturum argenteam, si se de manu Regis perfidi liberaret? Qvid multa? Ordinato exercitu invicem occurrit agminibus et fortissime dimicans ope Christi et gloriosi Martyris Olavi interventu, totam barbarorum multitudinem prostravit Inopinata ergo potitus victoria et cum multis spoliis reversus, cum magna lætitia crucem fecit argenteam miræ magnitudinis longè corporis humani modum excedentem et posuit eam in Ecclesia Beati Martyris Olavi ad corpus ejus, in divini triumphi et inopinatæ victoriæ, qvam per merita ejus optinuit, monumenta.

[*Resp.*] Florebat — alacres.
[*Vers.*] Exultabat — prægustans. } = p. 235^{15-18}.

[*In tertio nocturno*].

[*Ant.*] Nec propria — instantia. = p. 235^{20-21}.

[*Ant.*] Prædicationis — revocabat. = p. 235^{26-27}.

[*Ant.*] Ad sepulchrum sancti pernoctans enormiter contracta mulier integre reddita sanitati et læto vultu et alacri animo ad propria remeavit.

[*Ant.*] Adolescens qvi lingva præcisa loqvendi officium amiserat, ad sepulcrum Martyris veniens recepto usu lingvæ, recessit cum gaudio.

[*Ant.*] Qvidam Sacerdos truncatis membris exanimis imploravit opem gloriosi Martyris, moxqve sanctus in sompnis apparuit et subito plenæ sanitati resstтuit.

[*Ant.*] Imperator Græcus appressus in prælio et attritus ab exercitu barbarorum, deposcit opem Martyris gloriosi: cum repentè sanctus Christianis apparet atqvc illos præcedens insignis signifer hostilem profudit exercitum.

[*Ant.*] Hodie pretiosus — omnem sensum. = p. 238[13—15].

I. BRUDSTYKKER FRA ISLANDSKE LEGENDARIER.

„Legenda de S. Olavo, exscripta ex fragmento A, collata deinde cum fragmentis B & C. Omnia hæc fragmenta in Islandia nactus sum. Fragmentum A erat pars libri in formâ octavâ, scripturæ satis vetustæ et satis elegantis in membranâ. Fragment B erat ex libro in 4to recentioris ætatis in membranâ, parum eleganter scripti nec satis accurate. Fuerat hic codex, cum integer esset, Templi Flateyensis in Islandia occidentali. Fragmentum C erat segmentum libri in 4to majori, non admodum antiqui, sed bene exarati in membranâ. In eodem segmento nonnulla erant de S. Thorlaco, quæ alibi exscripta habeo [= Scr. rer. Dan. IV, 529, Bpsögur I, 402—3]. Tres isti libri quorum fragmenta recensentur, legendaria fuerunt seu legendæ de Sanctis absque officiis. Fragmenta A & B eodem modo incipiebant, in fragmento vero C prima legendæ [indtil -tionis p. 273[6]] deerant. In fragmento A post finem legendæ de S. Olavo immediate sequebatur: In ad vincula Petri [1ste Aug.] lectio 1 quemadmodum S. Petrus &c. Patet hinc legendam pertinere ad S. Olai diem emortualem, non vero ad diem translationis. — In fragmento B legendam S. Olavi immediate præcedebant legendæ de S. Iacobo Apostolo [25de Juli], de . . . . . ., de Felice episcopo Romano, de Simplicio, Faustino & Beatrice [29de Juli], et post istam de S. Olavo.“ (Arne Magnusson i 670 qv.).

Disse Brudstykker er trykte hos Langebek (Scr. rer. Dan. II, 530—32) væsentligt efter A med Udeladelse af de fleste Varianter.

In festo *S. Olavi* [Regis et Martyris[1].

Lectio prima. Regnante illustrissimo Rege Olavo apud Norvegiam, quæ est terra prægrandis versus aqvilonem locata, a meridie Daciam habens, eandem ingressi sunt terram pedes [ewangelizantium pacem[2] ewangelizantium bona. Gloriosus Rex Olavus, qvi licet gentilis natura tamen[3] benignus erat et ad honesta qvæqve seqvenda qvadam mentis ingenuitate promptissimus. Sordebat enim ei omnis vana delectatio et terreni regni gloria præ dulcedine cælestis vilescebat.

Lectio II. In Regali [fastigio constitutus[4] spiritu pauper erat, et regni negotiis implicatus nichilominus meditabatur cælestia. Qvicqvid divina lex prohibet vehementer adhorrebat; Qvicqvid præcipit, ardentissimo complectebatur affectu. Nec propria salute contentus populos qvibus divina dispensante providentia præstitutus erat, ad fidem vigilanti[5] convertere nitebatur instantia, et novo rerum ordine Rex apostoli vicem fungens[6] ipse dux [verbi Christi gratiam passim omnibus[7] prædicabat. [8]Nonnullos etiam prædicationis gratia, qvæ diffusa erat in labiis ejus, a nefandis dæmonum cultibus ad agnitionem [et reverentiam[9] sui creatoris reduxit.

Lectio III. Non cessabat indefessus ewangelii prædicator nunc obstinatos convincere, nunc instruere rudes, nunc in fide teneros confirmare. Nichil regii fastus, nichil tyrrannidis in suos exercebat subditos, immo omnibus exempla præbebat magnæ humilitatis et mansvetudinis. [10]In futuro etiam provinciis quibus præerat providens, ne nobiliores qviqve et potentiores per potentiam humiliores opprimerent, leges divinas et humanas multa plenas[11] sapientia et mira dispositas discretione scripsit et promulgavit: In qvibus suum cuiqve conditionis jus[12] assignavit. In illis etiam qvantum liceret prælatis in subjectos et qvantam subjecti reverentiam exhiberent erga prælatos, certis limitibus discrevit. ibi[13] modestissimus[14] et æqvissimus arbiter[15], sapienter considerans, plerumqve Regis potestate sibi concessa superbe abuti in subditos, legum rigore regalem coercuit et refrenavit

[1] Regis M. B. [2] mgl. B. [3] tantum B. [4] A. constitutus fastigio B. [5] B. vigilante A. [6] gerens B. [7] verbi gratia passionibus B. [8] her begynder Lectio III i B. [9] mgl. B. [10] her begynder L. IV i B. [11] plena B. [12] A. jus cuique conditioni B. [13] mgl. B. [14] motestissimus B. [15] her standser B, da Resten af Bladet var bortrevet.

licentiam. In illis legibus claret, qvam benignus erga proximum Rex gloriosus extiterit.

Lectio IV. Explicari verbis non potest, qvanta beneficia populis illis Rex sæpenominatus contulit, qvantam[1] profuit dum præfuit et in multitudine legum et in substentatione pauperum et assiduitate prædicationis[2] et exemplo suæ sanctissimæ conversationis. Sed e converso perpessus est ab eis tribulationes multas et malas, donec illorum multitudini resistere non valens secessit in Rusciam, oportunum ratus cedere tempori, donec voluntati suæ ac proposito tempus idoneum Dominus conferre dignaretur. Nemini veniat in mentem, fortissimum et constantissimum Christi athletam, ut est infirmitatis humanæ, cessisse perterritum metu passionis, qvi sæpenumero[3] passioni se sponte objecerat, sicut rei exitus et ipsius illustre martyrium declaravit. Utilitati aliorum oportuniori se reservavit tempori qvando[4] fructus uberiores exhibere Domino et talentum sibi commissum multiplici resignare posset cum usura.

Lectio V. Clarissimus igitur Christi martyr Olavus ingressus Rusciam, a Jacellavo ejusdem provinciæ Rege magnifico gloriose susceptus et in honore amplissimo qvamdiu ibi morari voluit, habitus est. Ubi non parvo tempore demoratus honestam vitæ formam et suæ religionis, caritatis, benignitatis et patientiæ celebre monimentum incolis reliqvit. Deniqve decoctus igne persecutionis et exilii et acceptabilis inventus et idoneus, qvi majora certamina posset sustinere divino inspiratus instinctu, per Sveciæ fines ad propria remeavit. Ubi collata sibi a Domino habundantiore gratia, a multis cum magno susceptus desiderio, gratiosus et optabilis bonis, verendus et terribilis apparuit sane doctrinæ adversariis. [5]Indutus igitur lorica fidei et accinctus gladio spiritus qvod est verbum Dei, per infamia et bonam famam, per gloriam et ignobilitatem, per arma justitiæ a dextris et a sinistris, orator egregius fidei verbum constanter ubiqve in via Dei disseminabat, paratus pro Christo pati qvaslibet persecutiones[6], objiciebat se sponte periculis, martyrium se Deo placuisset suscipere non recusans.

Lectio VI[7]. Et qvoniam dignus est operarius mercede sua, tandem Domino placuit agonistam suum de carcere carnis edu-

[1] „ita est; corrige qvantum" (A. M.). [2] her begynder C. [3] C. sæpemunero A. [4] qvoniam C. [5] her begynder L. VI i C. [6] mgl. A. [7] L. VII i C.

cere, ut plenissimam et superhabundantem[1] laborum suorum mercedem reciperet, et Regem Rex videret in decore suo. Erat autem qvædam pars [illius terræ[2], in qva modo sacratissimum corpus ejus reqviescit, cujus incolæ indurati et pertinaces in malitia sua, veritatis et ideo Regis hostes erant exorabiles. In hanc venit provinciam Christi martyr, forte[3] Dei gratiam populis incredulis prædicaturus. Qvo comperto veritatis hostes convocaverunt concilium iniqvitatis et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus. [4][Erat namqve salutifera ejus[5] prædicatio [ipsis et operibus eorum[6] valde contraria. Unde qvidam ex eis cujusdam Canuti ejus adversarii muneribus corrupti, qvidam vero solius malitiæ instinctu, sed et novam religionem, paternis scilicet[7] legibus contrariam, suscipere recusantes, ordinato exercitu in loco qvi nunc Sticlastather[8] appellatur, [ignorantem et a sua gente aliqvantulum distantem[9], bello excipiunt. Sed illustrissimus Martyr, qvi totus suspensus in cælestia per martyrii coronam illuc pervenire[10] intimis desiderabat præcordiis, a facie multitudinis non timuit. Imminet illi bellum, qvod amator pacis securus suscepit, pro justitia et æqvitate pugnaturus. Exercitu namqve, qvantum in brevi potuit, congregato, obviat inimicis. Porro Dominus, qvi Martyri suo pro qvo tot agones pertulerat, mercedem reddere et gloriam suam, qvam diutius et avidius sitierat, jam revelare decreverat, ut gloriosius eum coronaret, iniqvorum jaculis gloriosum martyrem occumbere permisit. Occubuit autem qvarto Kalendas Augusti, feria qvarta, Millesimo et vigesimo octave anno ab incarnatione Domini pro fidei defensione, ab inimicis fidei crudeliter interemptus: feliciter de castris ad æterne regis palatia, de bello migrans ad pacem, qvæ exuperat omnem sensum, ad laudem et gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

[1] C. superhabentem A. [2] C. terræ illius A. [3] C. fortiter A. [4] her begynder L. VIII i C. [5] Beati itaqve martyris salutifera C. [6] eorum operibus erat C. [7] C. suis A. [8] Sticlastadis C. [9] C. sanctum A. [10] her ender C.

K. BRUDSTYKKER AF ET NORSK LEGENDARIUM.

2 Blade i liden uspaltet Kvart, No. 60 blandt Membranfragmenterne i det norske Rigsarkiv. Legenden slutter ned paa 1ste Side af 2det Blad, derpaa følger Legenden om Pave Sixtus 6te Aug. og paa 2den Side om Donatus episcopus 7de Aug.; denne Legende har altsaa været benyttet paa Translationsdagen, 3die August. Af samme Legendarium, skrevet i 1ste Halvdel af 14de Aarhundrede, er desuden bevaret Stykker om Laurentius [10de Aug.] og Tiburtius [11te Aug.], om Jomfru Maria, om Nicolaus [6te Dec.] samt Homilien om Christi Indtog i Jericho. Stykkerne er fundne om Lensregnskaber fra Jæmtland (1617), Lofoten (1620), Romsdalen (1617), Orkedalen (1632), Fosen (1636); da alle disse Fogderier hører til Throndhjems Len, har altsaa Legendariet i Aarene 1617—36 hørt hjemme i Throndhjem og er der bleven opskaaret. Et af Stykkerne er forhen trykt i Ólafssaga helga (Chr. 1853) S. 303.

1ste Blad, Forsiden.

— — eius memoria; et in ciuitate eadem honore martiris ecclesia fabricata est. Accidit enim quadam tempestate ut prefate urbis imperator exercitu collecto aduersus quendam paganorum regem preliaturus procederet. Ordinato utraque acies et studio militari disposito bellum ineunt. Inuadunt christianos acerrime barbari; et in primo congressa uictores existunt. Occumbit pars magna grecorum et christiani exercitus robur elanguit. Restabat acies non grandis que nichil aliud prestolabatur quam mortem. Vesolatus imperator et fere corde dissolutus ad diuinum se conuertit auxilium; et beati martiris opem profusis implorant. pariter lacrimis; quem pro iusticia pugnantibus frequenter adesse fama referente didicerant. vouent se sub nomine martiris in honore sancte Marie uirginis in urbe regia fabricaturos ecclesiam; si eius interuentu uictores remearent. O preclarum et insigne miraculum. Apparet martir quibusdam de ex . . . . . .

[Lacune paa 12 Linier.]

Bagsiden.

Erat in datia prepositus. quidam uir odibilis et prauus et ut de illo legitur. qui nec deum uerebatur nec hominem. hic ancillam habebat que de noruegia nata erat; erga venerationem beati olaui deuotissima. Prepositus autem ille non credens hiis que de martire dicebantur. quicquid de miraculis eius communis

omnium hominum uulgabat assercio. Rumorem ficticum et ridiculum estimabat. Contigit autem ut passionis eiusdem regis et martiris annua reuolueretur sollempuitas. uir pessimus iste prauitate quam corde tractauerat. in opere demonstrauit. Non solum enim ut ceteri homines illius regionis nullam martiris natalicio exibit reuerentiam; sed ad contemptum eius panes iussit deferri ad quoquendum. O rens et ante tempus illud inauditum miraculum. uno eodemque momento et homo nequissimus percutitur cecitate; et panes in clibano positi conuertuntur in lapides. Equibus unus in miraculi testimonium in basilica martiris re . . . . .

[Lacune paa 12 Linier.]

2det Blad, Forsiden.

— — forte elapsus est. Hic ad memoriam martiris ueniens; et ut lingue sue pristina redderetur sanitas cum intima cordis contricione postulans. usum loquendi quam amiserat recepit; seque in eadem ecclesia perhenni obsequio mancipauit.

lectio nona. Mulier quedam adeo deformiter contracta. ut pedes eius clunibus adererent; ad sepulcrum martiris allata est. ubi cum in lacrimis et obsecratione iugiter perseuerasset integri sospitati redita ex pansis neruis, erectis tybiis. confortatis pedibus. singulis membris officio suo et forme reditis. hilaris et gaudens ad propria remeauit. Erant duo uiri fratres. et hii genere clari. habundantes seculo obtinuerunt diuicias. Illis erat soror secundum superficiem pulcra. sed ut rei probauit exitus ad prauorum detractiones minime circumspecta; hec enim quodam sacerdote anglico. qui in domo fratrum eius manebat deuotam habens familiaritatem et honestam seruitutem multaque beneficia ei contulerat. Accidit autem ut de muliere illa suspectio sinistra oriretur. Et quia sermo malus mentem audientium facile solet inficere; accipientes presbyterem. nichil tale formidantem frangunt ei tybias. absidunt linguam. a capite oculos eruunt. Hunc per merita beati regis et martiris olaui et ex gratia ihesu christi uniuersa ecclesia eiusdem regionis nouerit pristine sanitati restitutum.

L. Fra „HISTORIE PLURIMORUM SANCTORUM NOUITER ET LABORIOSE EX DIUERSIS LIBRIS IN UNUM COLLECTE. LOUANII MCCCCLXXXV.“

De sancto Olauo rege norwegie ac dacie martire.

Gloriosus martir Olauus norwegie rex per aliquorum uirorum sanctorum predicationem conuersus et ad sacrum baptisma susceptus statim ex feuore fidei apostolicum sumens officium fidem christi in diuersis partibus dacie et norwegie predicauit et innumerabilem populum domino acquisiuit.

Qui cum adhuc gentilis esset. natura tamen erat benignus et ad honesta queque sequenda quadam mentis ingenuitate promptissimus. Hic euangelice ueritatis sinceritate in anglia olim comperta. fidem toto admisit pectore. et ad baptismi gratiam in urbe rothomagi deuota animi alacritate conualuit. Purificatus ergo lauacro salutari repente mutatus in uirum alium oblitus que retro sunt. in anteriora se extendit. In nouitate uite quam suscepit. religionem perfectissimus observator ambulabat Sordebat ei omnis uana dilectio. et terreni regni gloria pre dulcedine celesti inualescebat. in regali constitutus fastigio spiritu pauper erat. et regni negociis implicatus. nichilominus celestia meditabatur. Quicquid diuina lex prohibet uehementer abhorrebat. Quicquid precipit ardentissimo complectebatur affectu. Nec propria salute contentus. populos quibus diuina dispensante prouidencia preerat. ad fidem uigilanti conuertere nitebatur instantia. Et nouo rerum ordine rex apostoli uice fungens. idem dux uerbi christi gratiam passim omnibus predicabat. Nonnullos etiam predicationis que diffusa erat in labiis eius gratia. a nephandis demonum cultibus ad agnitionem et reuerentiam sui creatoris reduxit. Nonnullos ad seculi contemptum et amorem superne patrie. mirabilis eius deuotio et uita continentissima medullitus inflammauit. Verumtamen in medio nationis praue et peruerse positus. licet multos conuerteret. quam plurimos habebat aduersarios fortes et potentes. in quibus maiorem locum sibi uendicabat uoluntas quam pietas consuetudo quam ratio. animi preceps impetus quam amor ueritatis. Iustus autem ut leo confidens absque terrore erat. et iuxta exemplum Iob non expauescebat ad multitudinem nimiam nec despectio propinquorum eum terrebat. aduersantium minis uel insidiis a constantia predicationis auerti poterat. Confluebant ad baptisma certatim populi. et numerus credentium augebatur indies. Effringebantur statue. succidebantur luci. euertebantur delu-

